www.e-rara.ch

# Gründliche Aussführung, Wessen sich desz H. Reichs Stadt Lindaw wegen einer Ihro in anno 1628. ohnversehens abgelöster / und dem Herrn Grafen von Montfort administratorio nomine, sampt mitergriffnen ...

Heider, Daniel

Nürnberg, MDCXLII

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-136768

(aa.) [ - zz.]

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

(12.)

# Tauſchbriefe/

## Vber zwey Häuſer zu Lindaw/ zwiſchen dem Stifft vnd der Stadt daſelbſten.

Darauß iſt zu erweiſen/ quòd domus & curiæ, officinæ & plerumq; fundus dotis Monaſterii ſingulare jus libertatis habeant. Teſtis eſt inter alios, Ulricus Monetarius & facta fuit permutatio in Palatio Monaſterii. 22. Maji 1264. Hæc eſt ſuper ſcriptio à Monaſterio addita.

Omnibus præſentium inſpectoribus Sigena divina permiſſione Lindaugenſis Abbatiſſa totusq; Conventus ejusdem, notitiam rei geſtæ cum ſalute. Expedit facta hominum litteris annotari, ut omnis impoſterum aufferatur occaſio litigandi. Noverint igitur univerſi, quòd nos unanimi conſenſu domum ſeu curiam monaſterii noſtri ſitam in pomario ante domum Jacobi nunc Sculteti, quam dilectus in Chriſto H. Camerarius Eccleſiæ noſtræ Canonicus ad uſus ſuos poſſidebat, Miniſtro, conſulibus nec non totæ univerſitati Lindaugenſi, augmentationis cauſa Cymiterii S. Stephani, dedimus in concambium ſeu permutationem domûs & curiæ Ulr. dicti à Buchel Civis loci prædicti, qui idem Ulr. juſto emptionis titulo comparavit & comparatam poſſedit. Verum quidem, cùm talis permutatio prima fronte in præjudicium libertatis noſtræ ac Monaſterii noſtri, quam habemus & hactenus ex fundatione habuimus in domibus, officinis & plerumq; in fundo dotis ipſius Monaſterii, facta videretur: dicti Sculcetus, Conſules nec non tota univerſitas profitendo dictam libertatem ſtatuerunt & ſtatutum in perpetuum bona fide, ſine dolo & fraude ſervare promiſerunt, ut dicta domus & curia nobis tradita omni libertatis jure fruatur, quo domus & Curia ipſis in concambium ſeu permutationem data, unà cum omnibus officinis hactenus uſa eſt pacificè & quietè. Hujus rei teſtes ſunt hi, Waltherus vice-plebanus S. Stephani Rector verus Eccleſiæ in Wizinsbere, Bidermannus Sacerdos celebrans ad Sanctam Mariam, Marquardus dictus Kizi Sacerdos, H. dictus Birthil Senior, H. filius ejusdem, Elias Ru dictus Buchel, Hainr. dictus lance, Albertus Laslaur, H. dictus Snepphe Ulr. &c. monetarius & alii quam plures. Nos verò Sculterus, conſules, totaq; univerſitas, præmiſſa, prout præmiſſa ſunt, feciſſe & in ea conſenſiſſe præſentibus profitemur. In hujus facti teſtimonium & evidentiam præſens Inſtrumentum conſcribi fecimus de conſilio & conſenſu conſulum & univerſitatis, ſicut ſuperiùs dictum eſt, & eorum ſigilli robore & noſtri fecimus communiri. Acta ſunt hæc in noſtro Palatio Lindaugenſi Anno ab incarnatione Domini M.CC.LXIIII. XI. Kalend. Junii Indictione VII. Datum tempore & loco ſuperiùs prænotatis.

(aa.)

Profert enim Additionator Hundii *Metrop. Salisb. tom. 3. ſub rubr. Weichenſtephan. fol. 457.* Diploma Heinrici II. quo dedit ad Monaſterium S. Stephani quandam partem cujusdam Inſulæ Sahſonagavæ dictæ, in Provinciâ Orientali, juxta Danubium & in Marchiâ Adalberti Comitis ſitam, &c.

Hundius quoq; ipſe adducit *in d. metrop. tom. 2. ſub rubr. S. Haymerani, fol. 368.* Inſtrumentum, in quo Arnolphus Imp. profitetur, ſe civitatem ſuam, quæ vocatur Ratiſpona, amplificaſſe & auxiſſe; & eandem totam noviter factâ cum 40. vineis in monte, qui eſt in ripâ Danubii juxta eandem civitatem, prædicto S. Haimerano

merano tradidiſſe, &c. *ubi idem* Hundius *vel* Gewoldus *ad marginem* notat, *Arnolphus Imp. ampliavit Ratisbonam, & Monaſterium inter muros incluſit: quam partem S. Haimerano tradidit, ut puto, non totam civitatem.*

Idem Arnolphus Imp. in privilegio Engelmaro Epiſcopo Patavienſi conceſſo (*quod promit Addition. Hundi metrop. tom. 1. fol. 348.*) profitetur, ſe in urbe Patavienſi, mediam Dominicalem aream, (ein halbe Hoffſtatt) quæ usq; hodie ad opus ſuum ibi pertinuerit, cum omni integritate, ad d. ſanctum locum, &c. in proprium donaſſe & tradidiſſe.

Inſuper Ludovicus Senior Germaniæ Rex, ad monaſterium ſuum, (das Frawen Münſter genant) in vico Thurego ſitum, tradidit Curtim ſuam Thuregum & quicquid ibi juris ſui atq; poſſeſſionis jure proprietatis fuit totum & integrum, &c. anno regni 20. Et tamen in eadem Curte, longè antea extructa fuit Eccleſia Canonicorum, zum groſſen Münſter / cui progreſſu temporis Carolus M. imperii ſui Anno 10. aſſignaverat in (eod.) Thurego ſegregata loca cum vineis & piſcationibus & molendinis, atq; terminationem decimationum ex Curtibus terræ ſuæ ſalicæ, ad fratrum menſam deſtinaverat. Fuit quoq; ibi caſtrum, quod in poteſtate imperii manſit & Advocati Thuregici ſedes extitit. Unde elicitur, in dotationem illam Cœnobio fœminarum factam, integram Curtim Thuregum nequaquam veniſſe, *ceu hæc apud Stumpf. Bulling. Guillimannum videre licet.* Deniq; Henricus Epiſcopus Spirenſis in diplomate Anno Dn. M.CC.LV. emiſſo, teſtatur, quòd Berchtoldus miles nobilis de Blanckenſtein ꝛc. volens ſub regula B. Auguſtini Monaſterium inſtaurare Monialium in villa Steinheim / Prioriſſæ & Conventui jus patronatus Eccleſiæ & quartam partem decimarum ejusdem villæ ad Laicos hucusq; pertinentem & quoddam prædium ſcilicet liberam curiam, nec non tantam amplitudinem ac quantitatem terræ, ut prædicti monaſterii officinæ poſſint convenienter ordinari pariter & fundari in prædicta villa, & decem jugera vinearum ibidem, libere contulit. Exhibet hoc diploma Editor *Document. Monaſterial. in agro Wirtemb. part. 2. pag. 370. ſub rubr. Monaſter. Steinheim. & paulo poſt*, plenam vobis dantes poteſtatem, infra terminos prædictæ Parochiæ ubicunq; de conſilio prudentem virorum decreveritis, Monaſterium fundandi ac officinas clauſtrales religioni veſtræ neceſſarias ac commodas conſtruendi, &c. Hûc addatur, quod Stumpfius *Chron. Helvet. lib. 7. cap. 9. fol. 477.* ſcribit, dieſer Zeit (Anno 1081.) habend Abt Willibert von Hirſow / vnd Abt Sigfrid von Schafhuſen / Graf Wernherrn von Habſpurg beredt / daß er zu Muri / die Bawren von dem Cloſter abſonderte / vnnd daß hinden ſetzte (dann es hievor ein Dorff was) damit die Münch jhr Weite vnd Ruh hettind / ꝛc.

(bb.)

QUamvis enim Eccleſia ſpectat ad Eccleſiaſticos: nihilominùs tamen dicitur eſſe de territorio & jurisdictione Judicis ſecularis; niſi aliter exiſtimatur: quia, quod locus ſacer eſt, non facit, quo minus ſit in territorio Principis; & ideò cognitio delictorum in Eccleſiâ commiſſorum à Laicis, ſpectat ad Magiſtratum Laicum in illo loco jurisdictionem habentem; ac ſi extra Eccleſiam illud fuiſſet commiſſum, *uti hæc omnia ex LL. & Dd. firmat* Tib. Decian. *tr. crim. lib. 6. cap. 25. n. 7. fol. m. 79. col. 1. (ubi Afflictum diſſentientem refutat) & cap. 30. n. 15. Item lib. 4. cap. 1. n. 34. & cap. 28. n. 2. & 20. & cap. 29. n. 20. Adſtipulatur etiam* Hieron. Schurf. *cent. 2. conſ. 21. per tot. ubi inter alia demonſtrat*, Eccleſiam non habere territorium, niſi reſpectu Clericorum. Hinc Clerici ac Prælati de diſtrictu temporali eſſe dicuntur. Fr. Marc. *deciſ. 455. num. 8. part. 1.* Valaſc. *deciſ. 100.* Surd. *deciſ. 129. in pr.* & David Höpping. *diſſert. de protect. ſive Advoc. jure. th. 12. lit. C. in not.*

(cc.) Etenim

(cc.)

ETenim cujusvis Eccleſiæ antiſtites, ex ſui officii naturâ, jurisdictione carere, plauſibilius videtur Bodin. *de Rep. lib. 3. cap. 3. n. 227. cum ſeq.* Duar. *lib. 1. de Eccleſ. c. 2. & 5.* Molynæ. *in addit. ad Alex. conſ. 63. ad verb. competentiam. lib. 3.* Petr. Gregor. *ſyntagm. jur. part. 3. lib. 50. c. 12.* Dauth. *tr. de teſtam.* unde ſaltem audientia, non jurisdictio jure noſtro Epiſcopis tribuitur, *tot. tit. C. de Epiſc. aud. ubi* Cujac. *in parat.* Thom. Michaël. *de jurisd. th. 5. in not. lit. D.* Et ſi Epiſcopus habet jurisdictionem temporalem in civitate, cujus eſt Epiſcopus: illam neq; de lege Diæceſanâ, neq; de lege jurisdictionis Epiſcopalis (quæ jure com̃uni ipſi competunt) ſed ex accidenti habet (Pacian. *de probat. lib. 2. c. 28.*) & à populo; non ſecus ac principes ſeculares, ideoq́; Eccleſia, huj⁹modi jurisdictionẽ habens, appellatione domini temporalis venit. Thom. Michaël. *d. theſ. 5. ſub lit. d.* Absq; hac temporali jurisdictione ſi ſunt prælati & Clerici, dicuntur eſſe de diſtrictu dominorum temporalium, ad quos ſpectat territorium, *per c. fin. ibi, diſtrictu Eccleſiaſtico vel temporali. ubi* Phil. Franc. *n. 3. de offic. de legat. & facit c. accedens. 4. extra, ut lite non conteſt.* Utut enim privilegiati ſint & exempti: nihilominus tamen de provinciâ ſeu diſtrictu Dnn. temporalium eſſe intelliguntur; propterea quod ſufficit, eos in aliquibus diſtringi poſſe, de quibus *in c. principes. 20. cauſſ. 23. quæſt. 5. uti hæc & plura adducit* Felin. *ad c. Rudolphus. verſ. diſtrictus. extra. de reſcript. Quib. adde gloſſ. ad c. cum Epiſcopus. 7. de offic. ord. in. 6. ubi in. 3. notab. in pr. dicit,* quòd princeps ſecularis ſit dominus territorii, & territorium ſit ipſius; quamvis Epiſcopi ibi ordinariam jurisdictionẽ habeant. Unde eos non dominos, ſed Epiſcopos illius loci vocandos eſſe.

(dd.)

COnſtat enim territorium dupliciter; uno modo impropriè pro diſtrictu jurisdictionali vel ipsâ jurisdictione agris inhærente; altero modo propriè pro univerſitate, agrorum jurisdictionis experte, accipi *l. pupillus. 239. §. territorium. 8. ubi Dd. de V. S.* Zaſ. *conſ. 16. n. 47. lib. 2.* (quo reſpectu dominium, territorium & jurisdictio diverſa inter ſe dicuntur, Meichſn. *deciſ. 26. n. 49. tom. 3.*) In dubio itaq; verbum territorii, potiùs propriê quàm impropriè de univerſitate agrorum intelligendum; atq; ideò præſumendum eſt, quòd princeps etiam ſummus, concedendo caſtrum & territorium, videatur tantùm univerſitatem prædiorũ intra fines poſitorum, non etiam jurisdictionem eorum conceſſiſſe, *per notata* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 97. n. 2. cum ſeq.* & Knichen. *de jure territ. cap. 1. n. 261.* Id quod multò magis in Principe inferiore, h. e. Duce vel Comite obtinet. Knichen. *d. c. 1. n. 265.* quippe cujus conceſſiones ſtrictiſſimi juris ſunt, Sichard. *conſ. 6. n. 9. & ſeqq. pag. 5. part. 1.* & Knichen. *n. 266.* & qui in caſtro, cui territorium adhæret, duplex jus habere dicitur; unum tanquam caſtri dominus, alterum tanquã Dux vel Comes. Unde illud tantùm in donatarium tranſire, hoc verò oſſibus ipſius fixum manere, neceſſum eſt, *ceu multis enucleat & vel ſexcentis auctoritatibus ſtabilit* Surd. *conſ. 275.*

Præterà communis Dd. opinio perhibetur, caſtro (nedum pago, villâ, prædio aut areâ nudâ Inſulæ) cui nulla adhæret per ſe jurisdictio, nec merum nec mixtũ Imperium, conceſſo: nullam cenſeri translatam jurisdictionẽ, nec merum nec mixtum imperium; etiamſi princeps eam, ut princeps, alioqui ibidem habeat: ſed manere hoc caſtrum ſub jurisdictione illius loci, cui propiùs adhærebat, cenſeaturq́; quoad proprietatem tantummodò conceſſum, *uti ſcribunt* Covarruv. *pract. qq. cap. 1. num. 10. §. Decima concluſio.* & Meichſn. *deciſ. 10. num. 8. tom. 4.*

Deniq; ſi Comes quispiam donet Eccleſiæ Curiam (vel locum aliquem) nullum jus (& ſic etiam nulla jurisdictio) transfertur in Eccleſiam, niſi probetur Comitem fuiſſe Dominum (aut jurisdictionarium) vel poſſediſſe. Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſ. 58.* & Surd. *conſ. 150. num. 64. & conſ. 311. num. 50.*

(ee.)

DAnn obwol der Stifft dieſe clauſul, quidquid ex hæreditate præfati fidelis noſtri fiſcus noſter ſperare debet in tributis, monetis, in teloneis & navigatib⁹, anderſt vnd dahin verſtehet/ſamb ob jhme/dem Stifft/hierdurch alles das jenig/ was auff erfolgtes Ableiben ſeligermeldten Herrn Grafen Adelberti/ von deſſen Verlaſſenſchafft/ der Käiſerl. Cammer ledig heimgefallen/ es ſeye an **Stewer/ Schatzung/ Rent/ Zinß vnd Gülten/ an Müntzgefällen/ Zöllen vnd Einkomen von der Schifffahrt an dem Bodenſee/** frey-vnd ruhiglich ohn jemands Widerſprechen vnd Eintrag/verblieben ſeyꝛc. ſo mag doch ſolche Außlegung/ theils propter contrarietatem, reſpectu verborum præcedentium, *omnibus ſuis alodiis augmentavit*, emergentem, Item propter impoſſibilitatem, [weil Käiſer Ludwig der Ander/ kein fiſcum in Teutſchland jemal gehabt/ wie in dem diſcurs drunten *ſub Litt.* (zzzzzz.) demonſtrirt,] theils/ propter abſurditatem (weil tali intellectu ſtante, der Stifft ein jus fiſci haben/ vnd doch nichts anders [als was der Käiſer vorhin von deß Adelberti eigenthumblich geweſten/ nunmehr aber jhme/ dem Stifft/ vergabten Gütern/ an obbenanten vier Regal-Stucken/ auffgehebt] einziehen/ vnnd alſo niemand als ſich ſelbs/excutiren vnd verzehren dörffte) gar nicht beſtehen: ſondern es iſt ſolches privilegium (wofern es ſonſt gültig) nohtwendig/ex antiquitate, vnd andern dergleichen privilegiis dergeſtalt zu interpretiren vnd auffzunemen/daß libera hereditas allhie ſo viel/ als die vorgeſetzte Wort/ Omnia allodia:

[Hereditas enim plerumq; allodia ſignificat. Hotom. *in lexic. de verb. feudal. ex ſpeculo Saxonico:* & allodiũ dicitur hereditas quam vendere vel donare poſſum, ut mea propria. Ugitio, *gloſſ.* & Goldaſt. *rer. Aleman. tom. 1. part. 1. fol. 223. poſt med.* Hinc Heinricus V. Imp. in ſuo diplomate (quod nobiſcum communicavit Cruſi. *annal. Suev. part. 2. lib. 9. fol. 331.*) teſtatur, quod Ruotmanus de Huſin, Adelbertus in Zolro & Alewicus Comes de Sulzo, Monaſterium in ſuo prædio fundaverint, in loco ſcilicet hereditatis propriæ, qui vocatur Albirſpach.]

bedeuten/ vnd ſelbige Güter/ der Käiſer/ (nachdem der Graf ſie dem Cloſter vergabet) von allen Stewrn/Müntz-vnd Wechſelgeldern/auch Zollabnahmen vñ Schifffahrt-ald Fahrgeld [portoriis vel ripaticis] frey machen oder ledig zehlen thue. Hunc intellectum ſuppeditat diploma Pipini Regis Francorum (*ex Franc. de Roſieres, apud* Mager. *de Advoc. c. 5. n. 354. deſcriptum*) inter cætera hæc proferens, *Et quidquid de præfatæ Eccleſiæ rebus jus fiſci exigere poterat, in integrum eidem ac præfatæ Eccleſiæ conceſſimus, ſcil. ut perpetuo tempore ad peragendum Dei ſervitium, augmentũ & levamen fiat.* Hoc ſenſu etiã Ludovicus Orientalis Franciæ Rex (*apud* Hund. *in metr. Saliſb. to. 2. ſub rubr.* Alteich *inferius fol. 15.*) quidquid de donatis rebus Eccleſiæ jus fiſci exigere poterat, in integrũ Ottgario Abbati (in Altaich) & ſuis ſucceſſoribus conceſſit, Anno Chriſti 868. Addo tertium diploma *in Annalib. Francor. Fuldenſibus.* (*editore* Frehero *tom. 1. Germ. rer. ſcriptor. relatum*) ubi Carolus M. Francorum Rex prohibet quemlibet de judiciariâ poteſtate ingredi bona Fuldenſis monaſterii, ad exactandum, quod ad partem fiſci exinde redhibetur, &c. Cæterùm fiſci jus potiſſimùm in tributis, monetis, in teloneis & navigatibus conſtitiſſe, nemo niſi antiquitatis mediæ ignarus ignorare poteſt. Ab eo jure relevationem monaſteriis Germanis concedere, Impp. Francicorum ætate, frequens quidem erat; non item translatio ipſa juris fiſcalis, quæ poſteriori demum tempore invaluit. Sic legimus, *in Annalibus Reichenaugenſibus mſcr.* daß Carolus Craſſus dem Münſter Ow/ nachgelaſſen hab **den Zoll von den Schiffen/ Wâgen vnd Somen der Brůeder:** Welchen Zoll vorhin die Käiſ. Schatzkammer auffgehebt/ an. 886. Primorum enim Regũ Carolinorũ conſuetudo non fuit, integras (in Germaniâ aut certè Sueviâ) provincias (imò nec civitates) cum imperio, Eccleſiis donare: ſed pecuniã tantùm & mobilia, necnon prædia, ex quib⁹ Epiſcopi, Abbates & Presbyteri ſe ſuſtentare poſſent. Gryphiand. *de Weichbild. c. 28. n. 9.* Hinc Vadi. *de Colleg. lib. 2. fol. 52.* ſcribit, donârunt quidẽ Reges (*ſc. Monaſterio*

*naſterio S. Galli)* ſed perparcè, nec expreſſà ullo diplomate, aut aliis Chartis indicata, ante Ludovici Pii tempora, &c. *& fol. 73.* ulterius ait, Non conſtat, vel Pipinum Martelli F. vel Carolum vel Ludovicum Pium, quidquam donaſſe tribuiſſevé Cœnobio S. Galli, præter diplomata quædam immunitatum, adverſus nobilium & Epiſcoporum ſupinitatem impetrata, &c. Primus omnium Ludovicus ſenior Orientalis Franciæ Rex (quem alii juniorem, quod Ludovici Pii filius; Alii ſeniorem, quia Ludovici III. pater; vel propter Ludovicum Lotharii filium, qui nepos ejus ex fratre fuit, nominârunt. Vadian. *d. lib. 2. fol. 69.)* quædam donavit, nempe locum, qui dicitur Mecchinga. Rupert. *in caſib. S. Galli cap. 10.* quem proximè ſecutus Carolus Craſſus filius, poſt alia donaria (puta poſſeſſionem Regiæ poteſtatis in Wolfesriuti, baſilicam S. Victoris in Rhætiâ & locum **Steinheim** Rupert. *ibid.)* Abbatiam Maſſilienſem (olearum & vinearum feracem) quæ eſt in agro Ciſpadano, &c. San-Gallenſi monaſterio contulit, Rupert. *ibid.* Et ſic horum principum prope ſolorum liberalitatem Monachi Sangallenſes ſensêre; cùm priores perparcâ in ipſos manu fuiſſent. Vadian. *d. loc. fol. 70. in pr. & fol. 74.* Lapſis tandem Francorum rebus, hoc eſt, poſt Arnulphum demum & filium ejus Ludovicum, ita largæ factæ ſunt principum donationes, ut Oppida etiam & vici Epiſcopis concederentur & Ducatus quoq; permitterentur. Vadian. *d. lib. 2. fol. 94. in pr.* Ohn iſt zwar nicht/ daß idem Carolus Craſſus, eodem anno, der Reichenaw/ eine Donation von Schlöſſern/ Kirchen/ Zehenden/ Höfen/ Leuten/ **mit Porten/ Schiffung/ Schifflohn/ Viſchentzen/ Viehwaiden/ Herdſtewren/ ꝛc.** (ſo deſſen Bruder Carolomannus gegen jhr der Reichenaw gethan) beſtettiget. Es ſind aber ſolche Güter vnd denen anhangende regalia, nicht in Teutſch- ſondern in Welſchen Landen ſituirt geweſen. Nicht weniger hat Carolus M. Monaſterio S. Germani, bey Pariß/ n cht nur immunitatem à vectigalibus omnibus, ſondern auch einen Zolleinzug ſelbs/ an einem Ort/ der Enden in Franckreich vergabet; Aber longè aliis & diſtinctis verbis, quæ ſic ſe habent *apud* Aimoin. *de reb. geſt. Francor. lib. 5. fol. 263.*

CAROLUS Gratiâ DEI, Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus ſeu junioribus noſtris. Si opportuna beneficia ad loca Sanctorum Eccleſiarum vel ſacerdotibus præſtare non deſinemus, hoc nos procul dubio ad æternam beatitudinem retribuere confidimus. Igitur cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, qualiter venerabilis vir Hrobertus Abba de Baſilica S. Vincentii, vel Domini Germani, ubi ipſe precioſus corpore requieſcit, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, & præceptionem Domini & genitoris noſtri bonæ memoriæ Pipini quendam Regis nobis oſtendit relegendam. Ubi reperimus incertum, qualiter, propter nomen Domini & ejus meritis compellentibus, beneficium præſtitiſſe cognoſcitur, ut annis ſingulis, ubicumq; in regno noſtro negociantes ipſius ſancti loci pergere vellent, (ſicut ipſe Hrobertus Abba mercari videtur) tam ad luminaria comparanda, vel pro reliquâ neceſſitate diſcurrentes, tam ultra Ligurim quàm & citra Ligerim, vel in Burgundia etiam & in Provincia, vel in Francia, quàm & in Neuſtria, ubicunq; in regna Chriſto propitio noſtra pergere vellent, nulli teloneo, nec de ſaumis, nec de carrigine, neq; de navigio, neque de qualibet redhibitione exinde, ad partem fiſci noſtri, miſſi ſui diſcurrentes diſſolvere debeant. Propterea per præſens præceptum decernimus (quod perpetualiter manſurum eſſe jubemus,) ut per nullos portus, neque per civitates, tam in Rodomo, quàm & in Vuicus, neque in Ambianis, neque in Trejecto, neque in Dorſtade, neq; per omnes portos ad Sanctam Maſſentiam, neq; aliubi, neq; in Pariſius, neq; in Ambianis, neq; in Burgundia, in pago Tricaſino, neq; in Senonico, per omnes civitates, ſimiliter ubicumq; in regna Chriſto propicio noſtra aut pagis vel territoriis teloneus exigatur, nec de navale, nec de carale, neq; de ſaumis, neq; de trana evectione, nec rotatico, nec pontatico, nec pulveratico, nec ſalutatico, nec ciſpitatico, nec ulla redibitione, quod fiſcus noſter exinde poterat ſperare, nec vos nec juniores, ſucceſſoresq́; veſtri eiſdem non requiratis nec exactetis: ſed omnia & in omnibus hoc propter nomen Domini, ipſe Abba vel ſucceſſores ſui, aut memorata Eccleſia ſancti

Vincentii vel Domini Germani habeant indultum, vel ad luminaria ipſius ſancti loci proficiat in augmentis. Adjungimus etiam telonium illum, quem Gerhardus Comes de villa nova Curte Sancti Germani viſus fuit recepiſſe: ut deinceps pars Sancti Germani ipſo teloneo cum omni integritate in noſtra Eleemoſina ad luminaria ipſius Eccleſiæ recipere debeant, abſque alicujus contrarietate. Quam veſtra auctoritate perpetuis temporibus valituram manu noſtra propria decrevimus roborare, &c.

(ff.)

ATqui privilegium fori, & privilegium im̄unitatis à collectis vel aliis exactionibus, ſunt diverſa inter ſe; & ſic de uno ad aliud (h.e. ab immunitate ad jurisdictionem) non rectè aut de juris neceſſitate procedit illatio, Martin. Urani. *conſ. 6. n. 10. in pr. & in fin. tom. 1.* Et multò minùs prohibitio contradictionis atq; moleſtationis (quæ facti impedimenta ſunt; Siquidem moleſtia tunc dicitur inferri, quando de facto extra judicium fit; non autem cùm de jure in judicio. *Ita poſt multa allegata* Menoch. *conſ. 230. n. 19. cum ſeqq.*) jurisdictionem infert; ſed longè alia verba ad conceſſionem territorii requiruntur, adeò, ut ne quidē vox (Regimen) jurisdictionem territorialem importet, *per notata* Choki. *d. tr. de Advoc. &c. quæſt. 18. n. 9. & quæſt. 31.* Etenim quæ notabilis præjudicii ſunt, exprimi ſub certitudine debent; & niſi expreſſa ſint, habentur pro omiſſis; nec expreſſa propriè loquendo dici poſſunt, quæ ex quadam conſequentiâ (quæ eſſe vel non eſſe poteſt) colliguntur, *ceu textibus & auctoritatib. adſtruit.* Zaſ. *conſ. 10. n. 43. vol. 2.* Hinc nec diſpoſitionis verbum (utut generale, & quamvis ordinationem, nec non adminiſtrationē & curam denotans, Calvin. *in lex. jurid. verb. ordinatio.*) aliter, quàm pro materiâ ſubjectâ & in digniori ſignificatu, nempe de Eccleſiaſticâ & ſpirituali adminiſtratione hìc exaudienda eſt. Atqui à choro ad forum, h. e. à poteſtate Eccleſiaſticâ ad ſecularem ſuperioritatem, tanquam à ſeparatis & diverſis, iterum non rectè infertur; nec iſtæ res invicem confundi debent, *per tradita* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 3. part. 1. cap. 1. n. 1. cum ſeq.* & Eraſm. à Chockier. *tr. de Advoc. quæſt. 47. n. 2.* Siquidem ubi diverſa apparet ratio, ibi ſtatim perverſa & everſa deprehenditur collectio.

(gg. 1.)

ETenim in novâ acquiſitione caſtrorum & locorum, non præſumitur unio facta & acceſſio alteri provinciæ ſive regno; niſi de eâ doceatur. *l. prædiis. 91. §. Titio. 3. De leg. 3. l. ſeiæ. 20. §. Tyrannæ 7. De inſtruct. & inſtr. leg.* Bart. *in l. ſi. convenerit. §. ſi nuda. De pignor.* & in terminis Marchiæ tradit Bald. *in §. præterea Ducatus col. 2. verſ. ſed quid ſi Marchiam. de prohib. feud. alien. per Frider.* Natta *conſ. 636. num. 16.*

Deinde nomina Caſtrum & villa (eò, quòd per ſe denotent univerſitatē quandam) continent, ſine aliqua expreſſione juris, jurisdictionem, honorem & jus patronatûs; Siquidē in conceſſione univerſali accedunt ſacra & religioſa *l. in modicis. 24. De contrah. empt. l. quædam. De adq. rer. Dom.* quantò magis jurisdictio, quæ res eſt prophana, videtur accedere. Ita Innoc. *in c. ex literis. de jure Patr. quem, poſt alios allegat, & ſequitur* Natt. *conſ. 405. n. 2.* Unde iterum tam diu præſumendum eſt Caſtellum Aeſchach/ & ante translationem & poſt eam, habuiſſe atq; retinuiſſe jurisdictionē, honorem, &c. donec contrariū probabitur. Adde, quòd in quo habitu & ſtatu quem ſemel fuiſſe compertum eſt, in eo tantiſper eſſe præſumitur, donec contrarium probetur *l. item apud Labeonem. 15. §. ſi quis virgines. 15. De injur.* Statusq; mutationem allegans, eam probare tenetur; & quidem non ſimpliciter, ſed luce meridianâ clarioribus probationibus; eò, quòd quæſtio ſtatûs & cauſſa criminalis, circa probationem, æquiparentur,

*juxta*

*juxta* Bart. *in l. ſolent. 6. in fin. De offic. Proconſ. prout eum allegat & ſequitur* Adr. Gylman. *rer. jud. lib. 1. deciſ. 50. num. 26. & 27.* Quid? quòd in dubio ſemper potiùs pro libertate, quàm contrà, ſtandum, Mager. *de Advoc. cap. 10. num. 338. cum alleg. ibid.*

(gg. 2.)

Etenim jurisdictio adquiritur & poſſidetur per act⁹ correſpondentes, h. e. qui non poſſunt fieri citra nomen & jus jurisdictionis. Bald. *in c. bonæ. id ſecundo col. 4. verſ. item dicas. de poſtul. prælat.* & Natta *d. conſ. 636. n. 131.* Atq; ſic exercitium Jurisdictionis probari debet per actus proportionabiles, neceſſariò eam inferentes, Actus enim Jurisdictionales oſtendunt locum eſſe de territorio & pertinentiis. Natta *conſ. 204. n. 4.* ſi nimirum citra jus & nomen territorii non potuerunt neq; poſſunt exerceri. *arg. l. pro hærede. 20. §. Papinianus. 4. in fin. De adq. hered.* Bald. *ad l. 2. C. eod.* Cravet. *conſ. 673. n. 9. ad fin.* Præterea actus juridici tantùm in conſideratione habentur, non quæ facti ſunt: Cumprimis autem actum non ſuppeditant ea, quæ ſunt meræ & puræ facultatis, Knichen. *de jure territ. cap. 3. n. 200. & ſeqq. &c.* Jam autem cenſûs ſolutio, non ſolùm ex causâ jurisdictionis, ſed etiam ratione protectionis, confœderationis, libertatis acceptæ, Cumprimis verò intuitu proprietatis fundi (in quibus terminis nos hîc irrefragabiliter verſamur) fieri ſolet, &c. Itaq; per ſe, jurisdictionem nec directò, nec perpetuò probat, Meichſn. *tom. 2. lib. 1. deciſ. 7. n. 6.* Et quamvis cenſûs ſolutio plerumq; ſubjectionis ſignum eſt: tamen ex variis cauſis jurisdictionis ſolvi poteſt; ideò non totale ſemper ſignificat, ſed reſpectum habet ad ſingula jura, quæ quis poſſidet. Gylm. *Symph. tom. 1. part. 1. tit. 2. de reconvent. n. 42. 82. § ſimiliter.* conſequens igitur eſt, ex his cenſibus, ad territorialem jurisdictionem non concludenter inferri; Siquidem ſignum verificabile in pluribus, non arguit alterum in effectibus. Gylman. *cit. loc. n. 83.* & ex actibus æquivocis non probatur quaſi poſſeſſio jurisdictionis. Socin. *conſ. 187. n. 20.* & Gylman. *Symph. tom. 1. part. 3. vot. 23. n. 88. in cauſâ reviſionis* Nürmberg *contra* Brandenburg: Sed potiùs actus & caſus incerti ac dubii accipiunt interpretationem ab ipsâ poſſeſſione, ut ſcilicet tales eſſe judicentur, qualis eos declarat retroacta poſſeſſio. Deci. *conſ. 22. n. 18. vol. 1. & conſ. 87. n. 20. vol. 3.* & Gylman. *rer. jud. lib. 2. deciſ. 62. n. 28.* poſſeſſio autem & natura ſive indoles cenſûs, præſupponit hîc proprietatē, quæ nihil commune habet cum jurisdictione, Gail. *2. obſ. 62. n. 9.* & Dominium jurisdictio atq; territorium ſunt inter ſe diverſa, *ut paulò ante oſtenſum eſt.*

Deinde in Emphyteutam quoq; reſpectu rei emphyteuticæ (cujusmodi pleraq; Monaſterii noſtri bona ſunt) regulariter non Dominus directus, ſed Judex loci ordinarius jurisdictionem habet atq; exercet. Roſenth. *comm. feud. c. 12. concl. 1. n. 5. in gl. lit. a. in fin.* & Schrad. *tr. feud. part. 10. ſect. 1. n. 207.* Præterea notum eſt, ne feudi quidem Dominum, eſſe ordinarium vaſalli Magiſtratum; ſed habere tantùm jurisdictionem limitatam & realē in certis caſibus; quæ à territorio vel univerſali jurisdictione adhuc multùm diſtat, *per pulchrā viſionem* Mynſing. *cent. 5. obſ. 85. n. 3.* Deniq; homo (antea non ſubditus ſed liber) poteſt ſe ſubjicere quoad quædam, & quoad quædam minimè. *l. 2. De jure immunit. cum aliis plurib. concord.* Cum itaq; Æſchacenſes nexu dominico ſoluti & ſic libere in Inſulam commigrantes Abbatiſſæ cenſuali tantummodò & feudali ſive Emphyteuticariâ obligatione ſe adſtrinxerint: Eos, quoad reliqua, & ſic etiam quoad obſequia jurisdictionalia, libertatem retinuiſſe, & ita inter partes conventum eſſe, omnino concludendum videtur. Natta *d. conſ. 636. n. 184.* Etenim exprimendo certa, ad quæ velint teneri, declararunt, quod in aliis noluerint teneri. *l. quæſitum. 12. §. idem reſpondit, domo 43. in fin. & l. cum de lanionis. 18. §. cui fundum. 11. De fund. in leg.* Bart. *d. conſ. 59. n. 4.* ubi ad terminos terminantes applicat, & egregiis rationibus confirmat. Quibus inſuper adjiciendum, quòd ſemper libertas, quoad non expreſſa, præſumitur Bart. *in d. conſ. 59. verſ. concludendo ergo.* Socin. *in l. ſi ex toto. verſ. ſeptima & ultima concluſio. latè* Mager. *de Advoc. cap. 10. num. 538. & duob. ſeqq.* Et ſicut à principio quælibet res præſumitur libera, niſi contrarium expreſſim doceatur, *per notiſſ. jura:* ita etiam ex NB.



poſt-

poſtfacto ea capienda eſt interpretatio, per quam ſervitus, quantò minor fieri poteſt, inducatur, *ut eleganter adnotavit* Surd. *tr. de alim. tit. 1. quæſt. 55. n. 4.*

(13.)

IN Nomine Domini Amen. Omnibus præſentium inſpectoribus Judices Eccleſiæ Conſtantienſis ſalutem & in Domino charitatem. Noverint univerſi, quòd cum Waltherus dictus de Lobegge procurator Reverendarum in Chriſto Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii Lindaugenſis, Adelhaidin relictam Marquardi dicti Lugelins in Lindaugia nuper defuncti traxiſſet in cauſſam ſuper eo, quod ipſa detinet quaſdam res, quæ ex morte M. Mariti ſui ſupra dicti jure hereditario cedere debeant Monaſterio Lindaugenſi: quæ in noſtra præſentia conſtituta cum procuratore ſuo videlicet Henrico dicto Lugelin Reſidenti in Lindaugia, fratre prædicti M. bonæ memoriæ, excipiendo propoſuerunt, quamvis fuiſſet ipſius Monaſterii, tamen, tanquam Homo ſervilis conditionis ſervire non deberet, nec ipſius res tam in vita quàm in morte cedere deberent Monaſterio prænotato; eò, quòd aſſeruerunt, eum & progenitores ſuos debere illâ gaudere libertate, quo & cives Lindaugenſes, qui aliqua excellenti gaudent libertate: ſuper qua exceptione receptis teſtibus, & diligenter examinatis, apertisq; eorum atteſtationibus, receptis rationib⁹ hinc inde deliberato conſilio, Die ſuper hoc præfixo videlicet proximam feriam ſextam ante nativitatem Sanctæ Mariæ Virginis, eodem quoq; die continuatio usq; in diem Sabbathi ad audiendam ſententiam definitivam Procuratoribus in noſtra præſentia conſtitutis, videlicet Walthero dicto de Lobegge, & H. dicto Lugelin, negocio diligentiùs examinato invenimus ipſam exceptionem minùs fore probatam. Unde ipſam relictam & procuratorem ſuum H. dictum Lugelin condemnamus ad reſtitutionem rerum, quas tempore mortis ipſius maritus poſſidebat. Datum Conſtantiæ Anno Domini M. CC. LXVI. II. Nonas Septembr.

(14.)

OFficialis Curiæ Conſtantienſis omnibus præſentium inſpectoribus ſalutem & in Domino charitatem.

Mota lite inter dilectas in Chriſto Abbatiſſam & Conventum Monaſterii Lindaugenſis ex una, Et relictam quondam Conradi, dicti Riechenbach de Lindaugia ſervi Monaſterii prædicti, ſuper ſucceſſione rerum mobiliũ prædicti Conradi, quia ipſe duxit præfatam mulierem, quæ non fuit ſuæ conditionis, ſicut ipſa Relicta confeſſa fuit publicè coram nobis; & aliàs probationibus conſtabat: præfata Domina Abbatiſſa & ſuus conventus teſtes induxit, per quos probavit, quod Monaſterium Lindaugenſe ſuccedere debet hominibus ſeu ſervis ac ancillis ſuis contrahentibus matrimonialiter extra condictionem ſuam in rebus mobilibus. Quare in nomine Domini obſervato juris ordine præfatam relictam, cum qua dictus Conradus contraxit extra conditionem ſuam, ad ſatisfactionem ſeu ſolutionem omnium bonorum mobilium relictorum à præfato Conrado faciendam, juxta conſuetudinem Curiarum ſuarum, ante dictis Abbatiſſæ & conventui nomine ſui Monaſterii ſententialiter condemnamus per præſentes. In quorum teſtimonium præſentem literam ſigillo Curiæ Conſtantienſis conſignamus in evidentiam præmiſſorum. Datum Conſtantiæ Anno Domini M. CC. LXXXIII. XIII. Kalendas Februarii in dictione XI.

Redd. Literas.

(15.) Offi-

(15.)

OFficialis Curiæ Conſtantienſis omnibus præſentium inſpectoribus ſalutem in Domino. Mota lite inter dilectas in Chriſto Abbatiſſam Monaſterii Lindaugenſis & Conventum ibidem ex una, & Relictam quondam Conradi dicti Riechenbach ſervi Monaſterii prædicti ſuper ſucceſſione rerum mobilium prædicti C. quia ipſe duxit præfatam mulierem, quæ non fuit ſuæ condictionis, ſicut ipſa confeſſa fuit publicè coram nobis, & aliàs probationibus conſtabat, præfata Domina & ſuus Conventus teſtes induxit, per quos probavit, quod Monaſterium Lindaugenſe ſuccedere debet hominibus ſeu ſervis ac ancillis ſuis contrahentibus matrimonialiter extra conditionem ſuam, in rebus mobilibus. Quare in nomine Domini obſervato juris ordine præfatam relictam cum qua dictus Conradus contraxit extra conditionem ſuam, ad ſatisfactionem ſeu ſolutionem omnium bonorum mobilium relictorum à præfato Conrado faciendam ante dictis Abbatiſſæ & Conventui nomine ſui Monaſterii ſententialiter condemnamus. In cujus rei teſtimonium præſentem literam ipſis Abbatiſſæ & Conventui tradidimus Sigilli noſtri robore communitam. Datum Conſtantiæ Anno Domini M. CC. LXXXIII. XVII. Kalend. Februarii Indictio XI.

(16.)

ICh Haintz Jägli der Schuchmacher/ Burger zu Lindaw/ Bekennen mit dieſem Brief/ als denn Ich vnd mein Bruder Hans Jägli/ vnſer Frawen Gottshauß zu Lindaw/ recht eigen geweſen ſind halb/ vnd nun der vorgenant min Bruder/ ſich/ ſein Weib vnd Kind/ da dannen erkaufft hat/ nach deß Briefs/ ſo derſelb min Bruder darumb verſigelt inhat/ vnnd wann ich mich nun nit erkaufft han/ vnd vormals baid in aim Brief begriffen geweſen ſigen/ ſo ſoll meniglichen zu wiſſende ſyn/ daß ich ehegenanter Haintz Jägli/ der Hochwürdigen meiner gnädigen Frawen/ Frow Vrſulen Aebtiſſin deß vorgen Gottshauß/ jhren Nachkommen vnd demſelben jhrem Gottshauß gleich halb zugehören/ vnd in tun ſoll vnd will/ als ander deſſelben Gottshauß eignen Leut/ bey minen Trewen/ ſo ich darumb gelobt vnd verheiſſen han/ on min vnd miner Erben/ vnd on allermeniglichs Widerſprechen/ ſummen vnd jrren/ vnd deß Vrkund/ wann ich aigens Inſigels nit han/ ſo han ich mich deß willenclich gebunden/ vnter deß Erſamen Hainrichen Ranſpergs der Zeit Vnter-Burgermeiſter zu Lindaw Inſigel/ daß er von meiner ernſtlichen Pette wegen/ für mich offentlich gehenckt hat an dieſen Brief/ zu ainer Gezeugnuß vnd Veſtung dieſer abgeſchriebnen Sach/ doch jhm ſelb vnnd ſeinen Erben ohne Schaden. Der geben iſt am Paulus Abend in dem Jahr da man zehlet/ nach der Geburt Chriſti/ vierzehenhundert vnd ſechs vnd dreiſſig Jahr.

(hh.)

ALhie iſt ein für alle mal pro cautelâ zu berichten/ wie daß privati annales Lindaugenſes M. S. (ein geſchriebne Lindawiſche Chronick) herumb getragen werden/ deren Collector oder Compilator (wie ab einem Paß derſelben vnd ex ſuperſcriptione eines von Herrn Daniel Pappuß JC. ſelig eigenhändig deſcribirten Exemplars zu erſehen) ohngefährlich An. 1533. gelebt: In welche annales (ſo ohne Geheiß vñ Wiſſen der Obrigkeit conſarcinirt, weniger von demſelbigen authentiſirt, am allerwenigſten aber jemal in das Ar-

 chivum

chivum der Stadt gelegt; auſſer was bey Erbſchafften/ oder aliâ occaſione, davon ergriffen/ vñ/ propter falſitates & depravationes incurrentes, confiſcirt) viel ohngereumbts/ bevorab bey recenſion poſteriorum temporũ, wider vnd für den Stifft vnd die Stadt/ pro cujusq; affectu, humore & pruritu immiſcirt vnd eingeſchoben; dardurch nun die exemplaria ſo divers vnd ohngleich gegeneinander gemacht worden/ daß ſich darab zu verwundern; vnd iſt ein ſolches ſonderlich von Anno 1538. an/ gantz infrunitè beſchehen; Dahero billich allein das jenig/ (ſonderlich præſentem & ſuperiorem centenarium betreffend/) darauß zu agnoſciren vnd zu allegiren/ ſo mit andern bewehrten hiſtoricis, mit publicis & omni exceptione majoribus documentis, mit glaubwürdigen privat-ſcripturen vnd waarſcheinenden Vmbſtänden/ mit ohnfürdencklicher vnd der Warheit ähnlicher tradition & communi famâ verificirt, belegt vnd übereingebracht werden mag. Nichts deſto weniger finden ſich/ ex parte deß Stiffts/ Schreier vnd Schreiber/ welche alles/ was in ſolchen vngleichen annalibus wider die Stadt auffgeklaubt oder per æquivocationem, mit verkehrlichen Farben außgeſtrichen werden mag/ begierlich zuſammen (Raſpino & Criſpino adhuc propitiis) raſpen; als ein ohnfehlbar Heiligthumb/ an hohen Orten fürſpieglen/ vnd ſine omni proteſtatione wider die Stadt häuffig produciren: Welche aber die Stadt vorderſt ejus manticæ, quæ in tergo eſt, (was nemlich wider den Stifft darinn ſtehet) erinnert: vnd ſolcher annalium collectores atq; depravatores ſelbs/ ad Q. Scævolæ (*apud* Valer. Max. *lib. 4. cap. 1.*) elegantem illam ſententiam (Ita credi ipſis oportere, ſi & alii idem adſeveraſſent; quoniam unius teſtimonio cumprimis ſuſpecto, credere peſſimi eſſet exempli) *& ad l. inſtrumenta. 5. (ubi adnotatio privata, ſi non aliis quoq; adminiculis adjuvetur, ad probationem ſola non ſufficere dicitur) C. de probation.* gewieſen; ſonderlich aber allen/ die dieſes leſen werden/ Herrn Zaſii Probierſtein befohlen haben will/ welcher *(lib. 2. conſ. 16. num. 31. 40. & 41.)* deciſivè ſchreibt:

> Quòd Chronologia privata, unius partis voluntate confecta, (vel aucta, interpolata, deminuta) nihil probare debeat, contra alteram partem, in his, quæ ſunt gravis præjudicii; quantumvis ſit antiqua; Hiſtoriæ enim lex eſt *(juxta* Alb. Crantz. *lib. 3. Saxon. 19.)* veritatem afferre nudam ſine diſcrimine partium.

Einmal hat der Stifft in ſeinem *ſub num.* 4. eingereichten Extract ſolcher annalium §. **Dieſe beede nemlich Adelbertus/ ꝛc.** ein gantz newes/ vnd dem angeblichen Stifftiſchen privilegio *ſub Litt.* IIIII. gar nicht zuziehendes addidament, von dreyen vnterſchiedlichen ſteinern Särcklin (welche erſt die vorig Aebtiſſin/ Fraw Suſanna von Bubenhofen/ Anno 1620. hat erheben laſſen) eingeſchoben: Jngleichem (§. **Es hat auch in gemeldtem Jahr/ ꝛc.**) fürgegeben/ daß Käiſer Ludwig der Ander/ die Fraw Aebtiſſin zu einer Fürſtin deß Reichs/ vnd das Cloſter zu einer Freyung gemacht hab; da doch in jetztberührtem privilegio [*ſub Litt.* (IIIII.)] kein Buchſtab davon zu befinden. Vnd obwol ſolcher Extract, in dem/ daß Graf Adelbert/ ein Sohn Hunfridi Grafens zu Jſtria vnnd zu Chur geweſen ſey/ vnd Rupertum ſeinen Feind vor Zizers geſchlagen hab/ ꝛc. mit andern beglaubten Hiſtoricis, gnugſam übereinſtimmt: ſo erzehlet er doch die nachgeſetzte Genealogiam, oder Geburtstafel wolermeldts Graf Hunfridens (welche Stumpff in ſeiner Schweitzer-Chronick *lib. 10. cap. 17. fol. m. 584.* vnd Guler. *Rhætiæ lib. 7. fol. verſ. 91.* eigentlicher darthun) gar nicht richtig. Weniger iſt zwar nicht/ daß der Extract *ſub num.* 5. von Wort zu Wort auß D. Joh. Stumpfii Schweitzeriſcher Chronick *lib. 5. cap. 9. fol. verſ. m. 332.* deſcribirt oder abgeſchrieben: Entgegen aber finden ſich paſſim mehrerley vitia, errores, vnd Verſtoſſungen: Als daß ſub anno 1365. ſtehet/ der Spital zu Lindaw/ hab die von Raitnaw vor Stadtgericht daſelbſt verklagt: da doch/ beſag deß Vrtheilbriefs *ſub Litt.* (wwwww.) die von Raitnaw Kläger geweſen. Jtem/ daß Graf Rüdi von Werdenberg Anno 1376. Schloß vnd Stadt Feldkirch/ Hertzog Leopolden/ von Oeſterreich verkaufft: da es doch Graf Rudolph von Montfort gethan.

Deßgleichen wird auch in Beſchreibung deß zu Lindaw Anno 1396. fürgegangnen Auffſtands/ nicht wenig/ contra fidem documentorum adhuc in Archivo aſſervatorum, verſtoſſen: Et vel ſexcenta alia.

(8.)

CUta Divina permiſſione Abbatiſſa Monaſterii Lindaugenſis omnibus præſentium inſpectoribus ſubſcriptorum notitiam cum ſalute. Noverit omnium univerſitas, quòd theloniarii & nautæ hujus Civitatis exigebant pretium thelonii & navigationis de rebus C. dicti Frieſin, quas mercando adduxit vel deduxit, neſcientes eum gaudere jure civium liberorum Lindaugenſium exemptorum â contributione & â ſervitio theloniatorum ac nautarum. Ipſe verò recuſans eiſdem aliquid contribuere aut ſervire, probavit rationabiliter, ſine qualibet contradictione per teſtes idoneos & efficaces & ſententialiter ſibi ad hoc deputatos in præſentia noſtri & Miniſtri Curiæ noſtræ Ulr. dicti Winman, nec non in præſentiâ miniſtri noſtræ Civitatis, quod nihil deberet eisdem contribuere, imò deberet gaudere jure & privilegio civium liberorum Lindaugenſium, quam libertatem probavit per eosdem teſtes ab utroq; parente feliciter contraxiſſe, fuerunt enim ambo parentes ſui liberi cives Lindaugenſes. Cum ergo videremus & audiremus prædictum C. ſuam intentionem tam ritè probaſſe, in teſtimonium & cautelam, ne aliqua materia dubitationis ſi imposterum oriretur, fecimus ſibi præſentes Sigilli noſtri robore communiri. Acta ſunt hæc Anno Domini M. CC. LXXXXVI. VIII. Calend. Septemb. Indict. IX. in palatio noſtro, præſentibus teſtibus hic ſubſcriptis, videlicet domino H. Incurato in Majori præbenda Monaſterii Lindaug. dicto graven, Birthilone ſene. C. Elya Cunrado dicto graven ſene & filiis ſuis, Friderico & Jo. Henrico dicto Megirin, dicto Hollen theloniario H. dicto Hel & C. filio ſuo Conrado dicto Frieſin Piſtore, C. dicto Frieſin Venditore frugum. C. molitore de Uthwil, dicto Stæhillin de Wangin, Everhardo piſtore de Rienegge, Jacobo molitore de Obirmuli. H. filio Cellerarii de Rickhenbach. C. dicto Huſil. piſtore ac aliis quam pluribus fide dignis.

(75.)

IN Nomine Domini Amen. Ego Frater Henricus Procurator ſeu cuſtos domus Hoſpitalis in Lindaugia tam præſentibus quàm futuris quibus hæc littora fuerit exhibita vel oſtenſa, devotas orationes in domino cum notitia ſubſcriptorum. Dignum eſt, ut ea quæ ratione prævia ordinantur, ſcriptis perhennentur, ne impoſterum poſſit ſuboriri materia dubitationis. Hinc eſt quod univerſitati veſtræ præſentibus ſignifico, me Domino B. de Wolfurt quoddam molendinum, quod vocatur medium molendinum, ceſurt, de bona voluntate & conſenſu pauperum vendidiſſe. Hoc verò factum eſt de conſilio Sapientum pro neceſſitate pauperum & utilitate prædicti Hoſpitalis, cùm ab eodem molendino aliquos proventus multis temporibus habere non poſſemus. Ut autem hæc validum robur obtineant firmitatis & in teſtimonium præſentes litteras ſigillorũ venerabilis Abbatiſſæ noſtræ Lindaugenſis, & prædicti Hoſpitalis munimine reddidi communitas. Acta ſunt hæc Lindaugiæ in vigilia S. Nicolai Anno Domini CC. LVIIII. Indictione tertia.

(10. a.)

IN Nomine Domini Amen. Futura oblivionis pericula cautiùs prævidentur, cum ea, quæ pio ſtudio ac rationabili ordine contrahuntur, certo literarum aminiculo memoriæ commendantur. Noverint igitur univerſi præſentes literas inſpecturi, quòd nos Sigina, divina miſeratione Abbatiſſa Lindaugenſis ex totius capituli noſtri tam dominarum, quàm dominorum conſenſu plenario & unanimi voluntate viris Religioſis Fratribus minoribus in villa noſtra

ſtra Lindaugenſi reſidentibus duas domus areis & ædificiis ſibi invicem attinentes dictorumq́; fratrum areæ contiguas & annexas, videlicet quarum minorem jam habet Heinrigo, aliam vero majorem dicta Wortslahin tenuit aliquando, liberè, ob divini nominis reverentiam & amorem contulimus & contuliſſe præſentiam teſtimonio profitemur ab eisdem fratribus ſine contradictione cujuslibet tenendas perpetuò & utendas pro ſuorum liberâ voluntate. Ita etiam, ut minoris ac vicinioris ſibi domûs ædificia poſſint & debeant, ſi voluerint, deponere & illius aream ipſorum areæ coaptare, alia domo majore cum Cellario ſemper integra perſiſtente; tali conditione adjecta, ut ex parte fratrum ſupra dictorum domus alia reædificetur, ſi forte, quod abſit, ipſam domum Incendio aut quoquo modo deſtrui contigerit in futuro. Ad hoc triginta denarii ab illa area, quam etiam iidem fratres hactenus tenuerunt, pro cenſu annuo perſolvendi, totidemq́; denarii à depoſitæ aut deponendæ domus area eidem domui, ut dictum eſt, ſemper integræ permanenti taliter ſunt impoſiti, ut ab illa noſtro Monaſterio cenſus quinq; ſolidorum Monetæ uſualis annuatim feſto beati Martini certius perſolvatur. Poſtremò ut litis erroriſq́; amputetur occaſio, ſic eſt poſitum & ſtatutum, ut, ſi prætaxati Cenſus ſolutio per biennium fuerit neglecta, ſæpe nominata domus libere ad noſtrum Monaſterium ſine contradictione aliqua revertatur. In cujus rei evidentiam præſentes literæ ſunt confectæ & Sigillis venerabilis in Chriſto patris ac Domini R. Dei gratia Conſtantienſis Epiſcopi noſtri utiq; Dyoceſani officialis Curiæ Conſtantienſis noſtro noſtriſq; Capituli, fratrum Cuſtodiæ ſuper lacum & domus Fratrum in Lindaugia communitæ. Nos verò jam dicti Epiſcopus & officialis ad ſæpe dictorum Abbatiſſæ & fratrum petitionem duximus noſtra Sigilla præſentibus apponenda. Teſtes etiam Waltherus de Lobegge, Henricus Sacerdos dictus Hitten, noſtri Monaſterii Canonici, Adelheidis de Brachsberg, Guta de Wolfurth, Guta de Buchenſtain, Guta de Lamboltswiler, Sigina de Schonenſtain, de Schellenberg, Sigina de Wolfurt, Frater Henricus cuſtos Fratrum ſuper lacum frater Conradus Guardianus Lindaugenſis frater Marquardus & Frater Dietricus de Hoidorff, qui interfuerunt omnibus ante dictis. Datum & actum Anno Domini M.CC.LXXVIII. IIII. Idus Novemb. ℞. Indictione VII.

(10. b.)

IN Nomine Domini Amen. Futurum oblivionis diſpendium amputatur periculoſaq́; litis & erroris occaſio præcaventur, cum in his, quæ geruntur, caliginoſæ hominum memoriæ certo literarum amminiculo ſubvenitur. Noverint igitur tam præſentes, quàm poſteri quos noſſe fuerint opportunum, quod nos Gutha divina miſeratione Abbatiſſa Monaſterii Lindaugenſis ex totius Capituli noſtri tam Dominarum quàm Dominorum expreſſo conſenſu & unanimi voluntate, viris religioſis, fratribus minoribus in villa noſtra Lindaugenſi reſidentibus ob divini nominis amorem conceſſimus & conceſſiſſe præſentiũ teſtimonio profitemur, ut domum quondam Hainrige cum Cellario Lapideo ipſorum Cymiterio contiguam, de qua nobis & noſtro Monaſterio cenſus quinq; ſolidorum monetæ uſualis in feſto S. Martini annis ſingulis ſolvebatur, poſſint deſtruere amovere vel deponere, & aream ſive fundum ipſius domus & cellarii ſuo Cymiterio coaptare. Commutationem verò cenſus prædicti taliter acceptavimus & acceptaſſe præſentium teſtimonio profitemur, ut videlicet de domo Conradi dicti Bochuel civis Lindaugenſis prope turrim Blaſarii ſitam & Cellario, vel de area ſive fundo, ſi forte eadem domus incendio vel alio quovis modo deſtructa fuerit vel vaſtata, nobis ac noſtro præfato Monaſterio memoratæ monetæ decem ſolidi prælibato S. Martini feſto annis ſingulis pro eisdem quinque ſolidis perpetuo perſolvantur, ad quem etiam cenſum perſolvendum, ut præmiſſum eſt, idem Conradus ſe

ſuosq́;

ſuosq; Heredes certius obligavit. Quibus etiam ſolutis, ut prædicitur, in nullo nobis vel noſtro Monaſterio præfatus Conradus vel quicunq; poſſeſſor ejusdem domus erunt ampliùs obnoxii vel aſtricti. Ego nihilominus Conradus ante dictus Bochuel Civis Lindaugenſis profiteor, eisdem præſentibus & proteſtor, quod acceptis ex parte dictorum fratrum minorum quindecim libris & in meam utilitatem converſis, ad ſolvendum dictum decem ſolidorum cenſum me ipſum & Heredes meos, ut prædictum eſt, perpetuò obligavi. Nec poſſum nec debeo dictam domum vendere, obligare vel diſtrahere, niſi cum onere cenſus memorati ſolvendi. Prout ſuperius eſt expreſſum. Porrò nos Frater Burchardus de Roſenovve Guardianus totusq; conventus fratrum minorum domus prædictæ in Lindaugia, de voluntate & conſenſu expreſſo Reverendi Patris Miniſtri noſtri Provincialis promittimus & promiſiſſe præſentibus proteſtamur, quòd nunquam deinceps fundum ſive aream alicujus domus in dicta villa Lindaugenſi areæ noſtræ ſine prælibatarum dominarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ante dicti conſenſu expreſſo debeamus aliquatenus applicare. Ad evidentiam autem & firmitatem irrefragabilem omnium præmiſſorum, Nos Abbatiſſa præſens inſtrumentum confici fecimus & ſigillorum Venerabilis Patris in domino S. Dei gratia Conſtantienſis Epiſcopi ordinarii noſtri, nec non officialis Curiæ Conſtantienſis, noſtri & Capituli Monaſterii ſæpe fati, Miniſtri provincialis: Cuſtodis & Conventus fratrum dictorum ordinis minorum munimine roborari.

Acta ſunt hæc in Waſſerburg, Anno Dominicæ incarnationis Milleſimo trecenteſimo quinto pridie Idus Octobris præſentibus dominabus dicti monaſterii & fratribus minoribus, & aliis teſtibus infra ſcriptis, videlicet Adelhaidi de Braſperg, Guta de Buchenſtain, Sigena de Wolfurt, Agneta de Humaberch, Anna de Wagenberg, Mia de Phlegelberg, Haila Stainarin, Eliſabeth Helvvin, Mechtilt Ramungin, Domino Henrico Hitte, Canonico ibidem & Domino Henrico vice-plebano in Waſſerburg, fratre Burchardo de Roſenove Guardiano, Fratre Nicolao de Ravenſpurg, Fratre Ulrico de Rottvvil, Fratre Burchardo de Stain, fratre Jacobo de Iſeniora, fratre Johanne de Waltſee ordinis fratrum minorum, dicto Winman & Conrado dicto Bockhuel Civibus Lindaugenſibus. Datum anno Domini & die ſuperius annotatis.

(9.)

IN Nomine Domini Amen. Sigena Dei gratia Lindaugenſis Abbatiſſa præſentibus & futuris, ſubſcriptæ rei notitiam cum ſalute. Vita brevis & malitia frequens ſuadent actus temporales Scriptis æternari. Niſi enim litterarum teſtimonio fulciantur, aut humanam memoriam effugiunt ſopiti, aut cavilloſa diſceptatio contra eos ſcrupuloſum aliquid attemptabit. Sciant igitur univerſi quod nos conventui Sororem, quæ dicuntur an dem Stege/ domum quam inhabitant, & totalem habitationem inter domum Rienoldi & domum H. quondam Teloneatoris cum ortis retro ſibi adherentibus, & cum parva area ad plus pro quatuor marcis comparata, nec non vineam Marquardi quondam dicti Gaiſſor, & aliam quam contulit eis ſoror Adelhaidis dicta Segenſerin in Inſula ſitas, & tertiam quæ dicitur apud conbuſtum torcular, cum una portiuncula in vinea quæ dicitur Vinea Abbatiſſæ, ſecundum conſuetudinem villæ noſtræ contulimus pleno jure perpetuo poſſidendas, hac adjectâ conditione, quod ſingulis annis in feſto Aſſumptionis Virginis glorioſæ duas libras piperis noſtro monaſterio pro cenſu annuo repræſentent, quam ſolutionem, ſi usq; ad lapſum menſis unius diſtulerint, dimidiam marcã argenti cum cenſu prædicto nobis perſolvere tenebuntur. Quòd ſi forte & illa ſimul infra unius anni ſpacium ſolvere non curaverint, ex tunc omni jure privabuntur, quod in dictis eis poſſeſſionibus competebat, & ad noſtram Eccleſiam devolvetur.

Promi-

Promiſerunt inſuper, quod ſi quas alias poſſeſſiones in futuro acquiſierint, quæ illius juris fuerint, quòd Margetreht vulgariter nuncupatur, infra duos años illas vendent, non religioſis aliis ſed privatis perſonis, quibus ſecundam conſuetudinem ville Lindaug. eas emere competit & habere. Obligaverunt etiam ſe tandem nihilominus ad hoc, quod ſi aliquo caſu contingente poſſeſſiones jam habitas, in toto vel in parte diſtrahere voluerint, primò nobis ſub æſtimatione debita precii illas offerent ad emendum, quas ſi comparare noluerimus, non aliis religioſis vendere poſſunt, ut antea de aliis dictum eſt, ſed privatis perſonis, ad quas etiam ſine cujuslibet cenſus onere transferentur. Et ſi ſecus fecerint in altero caſuum prædictorum, in pœnam temeritatis ipſarum, poſſeſſiones illæ, de quibus venditio neglecta exſtitit vel indebitè attemptata, ad ſepedictum noſtrum Monaſterium Lindaugenſe proprietatis titulo perpetuo pertinebunt, Nolumus autem per hanc indulgentiam eis factam, villæ Lindaug. vel alicui perſonæ publice ſeu private præjudicium aliquod generari. Datum & Actum in aula noſtra Lindaugenſi, præſentibus viris honeſtis ſcilicet fratre Cunrado Lectore Conſtantienſi & fratre Marquardo de Lindaugia, ordinis minorum & Domino Walthero de Lobegge Canonico Sancti Johannis Conſtantienſ. & Magiſtro Ru, Phiſico & Ulrico Miniſtro noſtro monetario, & aliis quàm pluribus fide dignis. Anno Domini M. CC. LXXII. IIII. Non. Maji Indictione XV. In cujus rei memoriam ſepedictis ſororibus tradidimus præſentem paginam Sigilli noſtri munimine roboratam.

(II. a.)

RUDOLPHUS DEI gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus, gratiam ſuam & omne bonum. Dignum judicat noſtra ſerenitas, ut illorum vota graciosius admittamus & eorum deſideriis benignius occupamus, qui Sacri Romani Imperii Principibus, dive recordationis Imperatoribus & Regibus fidelius adheſerunt, nec ab ipſorum ſervitiis ſe aliquatenus averterunt. Cum itaq; dilectos fideles noſtros & Imperii Cives Lindaugienſes tales fuiſſe, & nunc eſſe, fide cognoverimus oculata, eademq; experimentis certioribus ſint probata, nos eosdem proſequentes affectu gratie ſpecialis, jura & libertates iisdem à divæ recordationis Imperatoribus & Regibus noſtris prædeceſſoribus ipſis traditas & conceſſas præſentibus innovamus, innovatas hujus noſtræ Majeſtatis decreti munimine confirmamus. Promittimus itaq; dictis Civibus pro munire gratie ſpecialis, quod nos Advocatiam nobis & Imperio attinentem, que vulgariter dicitur Caſtfogit, nunquam alienabimus, obligabimus aut commutabimus. Volentes idipſum à noſtris ſucceſſoribus inconvulſum, perpetuitate temporis obſervari. Item ſtatuimus, quod nullus Judex publicus, nec Dux, neq; Comes aut quislibet ex judiciaria poteſtate, ipſos ſuper poſſeſſionibus juri forenſi ipſorum Civitatis ſubjacentibus, & in aliis cauſis ſecularibus quibuscumq;, niſi coram Advocato vel ſuo judice ſubſtituto, in palatio Dominæ Abbatiſſæ & præſente Domina Abbatiſſa poterit aliquatenus convenire. Præterea proſcriptio Advocati. Ducis. Comitis vel alterius Judicis, ratione judicii cujuscunq;, ipſorum Civium intrare non debet vel attingere Civitatem. Ipſorum etiam Civitas tali jure & libertate uti debet, videlicet quod quicunq; extraneus ſervilis conditionis à prædictis Civibus recipitur in Concivem, ſi idem per ſpacium unius Anni, ſine impetitione & repetitione Domini ſui in dictorum Civium civitate commoratur, ita ſi ipſum dominus ſcit in Oppido reſidentem. Deinceps liber & ſolutus ab omni ſervitio ſui Domini penitus permanebit. Si autem ab eodem Cive recepto, ſervitium à ſuo Domino poſtulatur, ita tamen, ſi infra terminum illius primi anni convincitur de jure ad ſervitutem pertinente, quicquid Advocato de ipſo nomine ſervitii dabitur, dominus in tertia parte penitus contentus eſſe tenetur. Inſuper,

ſuper, ſi proprius alicujus Domini convictus ad ſervitutem, in ſepedictorum Civium moritur civitate, Domino tertia pars rerum mobilium cedet, ita ſi ibi carnales heredes eſſe videntur. Si non, tunc Domino medietas mobilium aſſignatur. Item ſi aliquis homo Advocaticius in ipſorum civitate eſt reſidens, Advocato de ſua perſona, aliquod ſervitium facere non tenetur, Si autem idem homo advocaticius viam carnis ingreſſus fuit univerſe, Eccleſiæ ad quam ſpectare videtur quicquid juris eadem Eccleſia in ipſo vel in hiis, qui ſunt ejusdem conditionis, habere videtur, dabitur ſine dolo. Quicumq; etiam aliquod predium ad forum pertinens eorundem civitatis, ratione emptionis vel hereditatis, per ſpacium unius anni, & unius diei, in quieta tenet poſſeſſione, ita ſi infra terminum prædictum, ſecundum juris formam non contradicitur reclamando, illo reclamante in provincia exiſtente, de cetero id predium pacificè poſſidebit. Nullus etiam miles nec Monachus, predium aliquod in Civitate prædictorum Civium hereditario jure acquirere poterit nec tenere. Et ſi aliquod predium alicui Cenobio, vel aliis perſonis religioſis dabitur propter Deum, infra terminū unius anni vendere tenentur, quod ſi facere neglexerint, ex tunc proprietas ejusdem predii, ad heredes proximo tradentis ſuccedet libere & quiete. Quicunq; etiam puer, cum rebus propriis à ſuis parentibus ſeparatus, ſine carnali herede de hac luce emigrabit, eadem hereditas, in patrem vel in matrem cadet evidenter. Si autem ibi parentes eſſe non videntur, tunc in proximū heredem, ſive ille ſit ex parte patris ſive matris, de jure cadet hereditas antedicta. Prædicta omnia & ſingula, ob favorem Civitatis & Civium Lindaugenſium confirmamus & roboramus imperpetuum duratura. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Sigilli noſtri munimine juſſimus roborari. Datum apud Nürinberch V. Nonas Martii Indictione tertia. Anno Domini M. CC. LXX. Quinto Regni vero noſtri Anno ſecundo.

(II. b.)

Eſt ſich derowegen nicht wenig zu verwundern/ quo auctore alio vel fundamento, doctiſſimus cæteroqui Matthæus Dreſſerus *in Iſagog. hiſtor. part. 5. de præcipuis Germ. Urb. ſub rubr. Lindavia. (quem ſequitur etiam experientiſſ.* Joan. Lymnæus *juris publ. tom. 3. lib. 7. cap. 29. pag. 345.)* ſcripſerit, Lindaviam primùm Abbatiſſæ deinde Ducibus Sueviæ paruiſſe: Siquidem in prætenſo Monaſterii privilegio, ubi bonorum ejus mentio fit, nihil de ullo Burgo vel Oppido dicitur; Sed tantùm de Eccleſiis, Curtibus aut locis vel agris ſeu reliquis poſſeſſionibus, quæ memorato monaſterio ſubjaceant. Deinde notum eſt, Hermannum Sueviæ Ducem, an. 958. Lindaugiam exuſſiſſe & Brigantium vi cœpiſſe Guler. *in Rhæt. lib. 8. fol. m. 106. in fin.* procul dubio omiſſurus, ſi Lindaugia, ad monaſterium illud, & non ad Comitem Brigantinum pertinuiſſet. Præterea ipſe Cruſius refert *(annal. Suevic. part. 2. lib. 4. cap. 1. fol. m. 100.)* Joannem Comitem Lindaugienſem (is verò non alius, quàm Brigantinus) ſub ſignis Heinrici Aucupis Cæſaris (non Hermanni Ducis Sueviæ) militaſſe contra Vandalos. an. 936. Et dum Rex Rudolphus I. libertates à D. recordationis Impp. & Regibus ſuis prædeceſſoribus, Lindaugienſib⁹, tanquam civibus Imperii, traditas & conceſſas allegat: quos alios, niſi Cæſares ex Sueviæ Ducum familia prognatos intelligit? Porro quis credat, Lindaugienſes à Montfortiis ægrè ac vix redemptos, ſtatim ſe muliebri imperio iterum mancipaſſe? Aut Duces Sueviæ, religioſiſſimos Principes, civis iſtos monaſterio ereptos ſibi vindicaſſe? Deniq; ſi vel ad Monaſterium vel Ducatum Sueviæ peculiariter pertinuerunt Lindaugienſes: cur Advocatia vel **Kaſtenvogtey** urbis, tanquam anteà, (non nuper) ad Imperium pertinens, à D. Rudolpho confirmata eſt?

(11.c.)

ET quidem, quod ad nomen Univerſitatis attinet: ipſa Lindaugia, in documentis *ſub Litt.* (rrrr.) *& num.* (12.) Univerſitas indigitatur Anno 1258. & 1264. quæ poſtea, Anno 1268. in alio inſtrumento *ſub Litt.* (xxxx.) Civitas audit. Et editor *documentorum monaſterial. in Ducat. Wirtemb. part. 1. ſub rubr. Adelberg. pag. 31. & ſeq.* exhibet diploma Comitis Everhardi de Wirtemberg, Sigillorum ſuo & Univerſitatis Civium in Ezzelingen munitum Anno 1291. Privilegium quoq; Biſantinæ Civitati à Carolo IV. Imperatore Anno 1364. conceſſum profert Wehnerus (*tom. 6. Symphor. cap. 7. num. 4. ſub verb.* Biſantz *fol. 153. & ſeq.*) in quo verba Civitas & univerſitas multoties alternatim & ſynonymicè uſurpantur. Jam verò de villæ acceptione res eſt longè expeditior. Geneva & civitas & villa nuncupatur, *apud* Beſold. *in diſcurſ. 4. de Reipubl. ſtatu ſubalterno, cap. 7. n. 7. pag. 183. & 184.*

Carolus M. in Donatione Divitaugienſi Monaſterio, An. 813. facta, nominat ULMAM, villam ſuam regalem, Cruſi. *Annal. Suev. part. 2. lib. 1. cap. 7. fol. 10.* Econtra Carolus Craſſus confirmat omnia à patre Monialibus Tigurinis conceſſa, in Oppido Ulmâ Anno 883. *uti perhibet* Vadian. *in ſcid. apud* Goldaſt. *rer. Alem. tom. 3. fol. 152.* Et quamvis Ulma tandem ſub Ottone I. propter crebras Ugrorum irruptiones, mænibus cæterisq; munimentis (uti & Turegum, Francofurdia & aliæ villæ regales) cincta eſt: Stumpf. *lib. 6. c. 16. fol. verſ. m. 427. poſt pr.* & Cruſ. *annal. Suev. part. 2. lib. 1. c. 6. fol. 80. in fin. & ſeq.* nihilominùs poſtillà indiſcriminatim apud ſcriptores & villa & Oppidum indigitatur.

Sic non tantùm in Caroli III. groſſi, literis Monaſterio ſuperiori Ratisbonæ an. D. CCC. LXXXVI. datis (quas exhibet, *poſt Aventin. & Hundium*, Cruſ. *annal. Suev. part. 2. lib. 3. c. 2. fol. 68.*) Sed etiam in fundatione Alpirſpachenſis Monaſterii (quam promit Editor. *Docum. monaſter. in Wirtemb. ſub rubr. Alpirſpach. pag. 238.*) mentio fit Villæ, quæ Rotwilo dicitur: cùm modò ſub Romanis Civitas vel Oppidum fuerit, Mynſter. *Coſmograph. lib. 3. c. 320.* & à Conrado III. Imp. in præfatione ordinationis Rotwilenſis, (quæ an. 1147. primùm exorta) deß H. Reichs-Stadt Rottweil nominitetur. Hac verò occaſione, non poſſumus non

---- ---- ---- incomptæ allinere atrum
transverſo calamo ſignum ---- ---- ----

admonitioni Heimensfeldenſis Goldaſti, qui non tantùm antiquiſſimam hanc Germaniæ villam, à voce latinâ, Rotâ (cùm à Rott, cohorte, potiùs derivetur, Mynſter. *Coſm. lib. 3. c. 320.* & Cruſ. *annal. Suev. part. 2. lib. 10. c. 11. fol. 413. circa med.*) deducere, ſed inſuper nobis (contra ſupradictæ præfationis & ordinationis Rotwilanæ fidem) perſuadere conatur, quòd Camera Imperii, modò an. D. CCCC. VI. ibidem fuerit, motus chartâ quadam manumiſſionis (quam primùs Franc. Guilliman, *rer. Helvet. lib. 2. c. 11. pag. m. 239.* produxit) & ipſe poſteà *rer. Alem. tom. 2. part. 1. fol. 36.* reproduxit) ubi in fin. legitur: Actùm in Rotwilâ feliciter Amen. Quaſi verò regiæ manumiſſiones ſervorum, non niſi in Cameris vel Curiis Regiis, & non alibi quoq; vel ubicunq; fieri potuerint! videatur. Vadian. *de Colleg. lib. 2. fol. 77.*

Sed ut ad villæ acceptionem redeamus & tamen rem compendifaciamus, conſtat generatim ex Diplomatibus & Hiſtoriographis, tam majorum gentium Civitatis (cujusmodi Turegum, Francofurdia ad Mœnum, Ulma, Rotvvila) quàm inferiorũ ſubſelliorum Oppida, Villas indiſcriminatim audiiſſe. Illæ tamen, quæ non Principum, Comitum & Eccleſiarum, ſed Regni & Reipubl. erant, Regales & publicæ Villæ utplurimùm indigitatæ Freher. *in not. ad lib. 1. c. 16. Petri de Andlo.* & Beſold. *diſſert. de jure Civit. n. 4. in fin. pr.* Hæ verò ſimpliciter & villarum & Oppidorum nomen retinuerunt, exempli gratia,

*Burchar-*

*Burchardus Dei gratiâ Comes de Hochenberc vendidit & tradidit Anno 1288.* villam ſuam ſive oppidum, *videlicet ſuperus Utingen, cum jurisdictionibus, paſcuis, &c.* Uti habet Diploma apud ſæpè citat. Editorem *anonymum ſub rubr. Mariæreutin pag. 47. & Ulricus de Helfenſtein Comes vendit. Anno 1302. Alberto Rom. Regi, Caſtrum ſuum, Hervvartſtein cum Villa Springen, &c.* Item, cum villis ſeu Oppidis aliis, *ibi nominatis, &c. juxta eund.* Editor. *ſub rubr.* **Königsbrunn** *pag. 635.*

Deniq; iſt bey Friderich Hortledern (*part. 2. lib. 3. cap. 72.*) in der zwiſchen Caroli V. Käiſ. Majeſt. vnd Hertzog Hans Friderichen geweſten Churfürſtens zu Sachſen auffgerichter Wittenbergiſcher Capitulation zu ſehen / daß die Städt Wittenberg vnnd Gotha / vielmals (als *art. 2. 4. 6. 13.*) Flecken genent werden.

(kk.)

Dann obwol der Stifft einen Brief de an. 1391. *ſub num.* (91.) exhibirt: darinn Vlrich von Wilperg Chorherr der mehrern Pfründ vnſer Frawen Gottshauß / ſich für ein Pfleger vnd Beſorger S. Stephans Pfarꝛkirch zu Lindaw angibt / vnd / in Anſehung deſſen / den von einem Capplan S. Niclauſen Capell (zu ſolcher Pfarꝛ gehörig) fürgenommnen Verkauff eines Weingartens im Hundtweiler (welcher dem Stifft Zinß- vnd Zehendbar) gutgibt vnd beſigelt: (deſſen Sigel gleichwol nicht gantz vnd nicht recht erkentlich) So iſt doch ſo wol mit ältern (de an. 1295. vnd 1383.) als jüngern Briefen / (de an. 1404. 1407. 1408. 1418.) welcher inſertion für dißmal allein wegē übermäſſiger Ergröſſerung dieſes ſcripti, vnterlaſſen wird / ex continenti erweißlich / daß vor vnd nach / vnd biß auff dieſe Zeit / der Pfarrkirchen zu S. Stephan / von Burgermeiſter vnd Raht zu Lindaw / Pfleger / auß jhren Weltlichen Burgern fürgeſetzt worden: Dahero ermeldter Herr von Wilperg / eintweder auch von einem Burgermeiſter vnd Raht daſelbſt / auß ſonderbaren Vrſachen / darzu erbetten ald gelaſſen / oder vielleicht gar Burger geweſen / dieweil in dem infra allegirenden ältern Pfand- vnd Burgerbuch / *fol. verſ. 54.* ſtehet / daß Er / Herr Vlrich von Wilperg / Chorherr der mehrern Pfründ / allen Wein vnd Faß in ſeinem Hof / wie auch allen ſeinen Haußrath / Bettgewand / Silbergſchirꝛ / ꝛc. etlichen Burgern zu Lindaw / wegen jhrer Verbürgung für jhn / verſetzt / Anno 1390. Jngleichem iſt auch das Barfüſſer Cloſter mit dergleichen Pflegern / à primâ ſuâ fundatione verſehen worden / deſſen ebenmäſſig ältere vnd jüngere Brief vorhanden / vnd erſcheinet auß dem jetzt angeregtem älterm Pfandbuch ſo viel / daß Burgermeiſter / Räht / Zunfftmeiſter vnnd die Gemeind / im refectorio ſolches Cloſters / ſo gar jhre publica negotia tractirt.

Nicht weniger haben Burgermeiſter vnd Raht zu Lindaw / auch über die Samblung / jhre Weltliche Oberkeit gehabt / vnd jhnen den Schweſtern / jederzeit Pfleger oder Vögt gegeben; wie die vnten *ſub Litt.* (xxxx.) vnd *Litt.* (ggggg.) producirende Donations-Inſtrumenta ein ſolches genugſam mitbringen; vnd der von dem Stifft *ſub num.* 112. producirte Brief / de an. 1496. ebenmäſſig dahin zu verſtehen: ſonderlich aber der jüngſte Verkauff deß Convent-Hauſes de an. 1525. mit ſich bringt / daß deß Stiffts eigner Bekantnuß nach / Burgermeiſter vnd Raht / gedachter Samblung Weltliche Obrigkeit geweſen / vnd jhnen jhre Burger zu Vögten geſetzt haben; welcher von Wort zu Wort alſo lautet:

Jch Catharina Müntzmaiſterin / der Zeit Maiſterin / vnd Jch Apolonia Krölin deß Convents der Schweſtern an der Stegen genant / in der Samblung zu Lindaw / Bekennen offentlich für vns / vnſere Erben vnnd Nachkomen / vnd thun kund allermäniglich mit dem Brief / dz wir veraints Guts willens / von vnſer mercklichen Nohtdurfft vnd Leibsnahrung willē / vnd als daß jez vnd hernach vor allen Leuten / Richtern vñ Gerichten / Geiſtlichen vnd Weltlichen gantz vollkomen vnd gut Krafft vnd Macht hat / haben ſoll vnd mag / vnd beſonder auch mit Entſchlagung / Gunſt / Wiſſen vnd Willen der Hochwürdigen Fürſtin vnd Frawen / Fraw Amalyen Aebtiſſin vnſer lieben Frawen Gotzhauß vnd Stifft hie zu Lindaw / ſo dañ zu dieſem hernachgeſchriebnen Kauff vor andern zuſton Gerechtigkeit gehept

hat/ auch der Fürſichtigen/Erſamen vnd Weiſen/Burgermeiſter vnd Raht der Stadt Lin-
daw/vnſer günſtigen lieben Herrn vñ Weltlichen Obrigkeit/deßgleichē deß Erſamen/Wei-
ſen Heinrichen Göſers genant Herman Helbers Burgers zu Lindaw/vnſers Rechtgeſetzten
Vogts/vnd beſonder Jch benante Apolonia Krölin/meines lieben ehelichē Bruders Wolff-
gangen Krelß auch Burger zu Lindaw/als in dieſer Sach/meins ſondern erkornen Vogts/
eins ſteten jm̄erwerenden vnd ewigen vngevarlichen Kauffs vffrecht vnd redlich verkaufft vñ
zu kauffen gegeben haben/ vnd geben mit dem Brief zu kauffen/dem Fro m̄en/Veſten Mar-
cuſſen von Kirchen auch Burger zu Lindaw / vnd allen ſeinen Erben/ vnſer Huß/ Hoffſtatt/
Fillinen vnd Garten/mit ſampt den neben vnd hintern Häuſern vnd Hoffſtätten/alles in ei-
nem Jnfang hie zu Lindaw in der Stadt/ ainhalb am Egg/ anderthalb an Hanſen Oeltzen/
Silveſter Vögelin/vornen an der Landſtraß vnd hinten am See gelegen/ mit allen vnd je-
den Früchten/Nutzē/Rechten vnd Zugehörden/wie wir vnd vnſer Vordern daß alles bißher
Jnhalt der Hopt-vnd ander Brief/ ſo wir jhme hiemit dieſem Brief zu ſeinen Handen über-
antwort/ ingehabt/vnd von obgemeldtem vnſer Frawen Gotzhuß erkaufft habē/gar nichts/
dann allein den Brunnen außgenommen/ ſo vermelten vnſern Vordern vor Jahren von ei-
nem Erb. Raht in vermeldt Huß vergunnen iſt/welchen wir in dieſem Kauff den obgenanten
vnſern Herrn von Lindaw widerumb zu jhren Handen ſtellen / für frey/ledig vnd loß/ dann
daß der obgenanten vnſer gnädigen Frawen vñ jhrem Gotzhauß/jährlich zwey Pfund Pfef-
fer Bodenzinß daruß gond. Vnd vmb ſellich Huß vnd Hoffſtatt mit ſampt den neben vñ hin-
tern Häuſern/ Garten vnd Füllin mit aller Zugehört/hat vns vermeldter Marcus von Kir-
chen/alſo baar außgericht vnd bezahlt/ſechshundert vnd fünff vnd ſibentzig Reiniſch Guldin/
guter Lindawer Wehrung/die wir in vnſer anligend Nohtdurfft vñ Leibsnahrung verwendt
haben/vnd alſo ſollen vnd mögen/der obgenant Marcus von Kirchen/ſeine Erben vñ Nach-
kom̄en/ ſollich obgeſchrieben Huß / Hoffſtatt / Garten vnd Füllin / mit allen vnnd jhr jedes
Früchten/ Nutzen/ Rechten vnd Zugehörden / nun hinfüro ewiglich vnd gerüwiglich inha-
ben/ buwen/ bruchen/ nutzen vnd nieſſen/ verſetzen/ verkauffen / vnd in allweg damit gefah-
ren/ handlen / thun vnd laſſen / als mit anderm jhrem aigen Gut/ vngeirret daran von vns/
vnſern Erben vnd Nachkommen vnd menniglichen von vnſert wegen in allweg / vff daß ſo
haben wir vns verzigen/ vnd verzeichen vns vnd vnſer Erben vnd Nachkommen/an dem ob-
geſchriebnen Huß/ Hoffſtatt/ Fillinen vnd Garten/ wie obſtaht/ mit allen Zugehörden / al-
ler vnſer Recht vnnd Gerechtigkeit / Forderung vnd Anſprach / vnnd alles vnſers Rechtens
gäntzlich vnd gar / in Krafft diß Briefs/ in deß vermeldten Marcuſen von Kirchen in ſeiner
Erben vnd Nachkom̄en Handen vnd Gewalt/ wir vnd vnſere Erben ſollen vnd wöllen auch
hierauff/diß ewigen vnd redlichen Kauffs / ſein vnnd ſeiner Erben / rechtfertiger/ gewehren
vnd vertretten ſeyn / mit ſollicher Beſcheidenheit vnd Rechten / were daß jhme ſollich Huß
vnd Hoffſtatt/Füllin vnd Garten mit aller Zugehörd/von jemands/wer das were/niemand
vßgenommen / jmmer angeſprochen / vnnd mit Recht anbehalten / oder deß zu Koſten vnd
Schaden kom̄en vnd gebracht wurden/ wie ſich das gefügte/darumb ſöllen vnd wöllen wir ſy
allwegen vertrettē/verſprechen vnd verſtohn/ vnd jhnen das alles von der Anſprach entrichtē
vnd ohnabſprechig machen/ gen allermenniglichen/ vnd an allen den Städten vnd Gerich-
ten/ wa ſie deß nach dem Rechten vnd nach der Stadt zu Lindaw Gewonheit vnnd Recht/
jmmer bedürffen/ ald nohtdürfftig werden / gar vnd gäntzlich ohn allen jhren Koſten / dann
wa ſellichs nicht beſchehe/ alsdann ſo haben Er vnnd ſein Erben darnach allwegen wenn ſie
wend/ vollen Gewalt / freyes Vrlob vnnd gut Recht / vnd beyd gemainlich oder ſonderlich
vnd vnſer Erben / vnd vnſerm jährlichen Leibding ſo wir vmb vermeldte vnſere Herrn von
Lindaw/ mit der obgeſchriebnen Kauffſum̄ erkaufft haben/ auch allen andern vnſern Zinſen/
Haaben vnd Gütern/ ligenden vñ varenden/ſo wir in jetzo/ in Krafft diß Briefs/zu rechtem
redlichen Für-vnd Vnterpfand/eingeſetzt haben/anzugreiffen/ dieſelbigen zu verſetzen/ zu ver-
ganten vnd zu verkauffen/jmmer ſo lang vnd viel/biß ſie damit von allem Koſten vnd Scha-
den/ darzu ſie deßhalben gebracht/ gäntzlich geledigt/ gelöſt/ vnd jhne in allweg/nach lut diß
Briefs/völligs vnd gantzes Benügen beſchehen iſt/gar vnd gäntzlich ohne allen jhren Koſten
vnd Schaden/ Vor ſollichem allem vnd jedem/ſo hievor geſchrieben ſtaht/ſoll noch mag vns
vnſere Erben vnd Nachkommen gantz nicht befrieden / freyen / ſchutzen noch ſchirmen dhein
Freyung / Freyheit / Gnad / Gelait noch Recht / Geiſtlichs noch Weltlichs / noch nich-

zit anders/ ſo vns zu Schirm hierwider gegeben wer / oder gegeben werden möcht / oder wir ald jemands ander von vnſertwegen / zu Schirm hiewider erdencken oder fürziehen möcht/ in keinen Weg/ Wann wir vns deß alles / ſonder deß geſchriebnen Rechtens / ſo Weiblichem Geſchlecht/ auch einem jeden redlichen vngefährlichen vnnd ewigen Kauff/ in Betrug der Vbermaß vnd Kauffſumm/ꝛc. fürgeſetzt iſt / hiemit in Krafft diß Briefs verzigen vnd begeben haben/ alles getrewlich ohn all Argliſt vnd Gefährde/ Vnd wir obgenanten Amalia Aebtiſſin/ vnſer lieben Frawen Stifft vnd Gotzhuß / vnd wir Burgermeiſter vnnd Raht der Stadt Lindaw/ Heinrich Geſer vnd Wolffgang Krell/ bekeñen ſonderlich hierinn/ daß die obgenanten beyd Verkauffernen ſellich verkauffen/ Verſchreibung vnnd Sach/ wie obſtatt/ mit vnſerm Entſchlagen/ Gunſt/ Wiſſen vnd Willen gethon haben/ vnd deß zu waarem Vrkund/ ſo haben wir obgenanten Aebtiſſin vnſers Gotzhuß / vnd wir Burgermaiſter vnd Raht/ vnſer Stadt Secret-Jnſigel von jhr beyder/ auch jhr obgenanten Vögten vnterthänig vnd ernſtlich Pete willen/ doch vns/ vnſerm Gotzhuß/ Stadt vnd vnſern Nachkommen/ an vnſern Zinſen/ Rechten vnd Gerechtigkeiten/ in andern Weg ohn Schaden / offentlich hencken laſſen an den Brief/ deß wir dieſelbigen Verkäuffere vnd jhre Vögt/ alſo bekennen/ darzu ſo haben wir dieſelbigen beyd Vögt/ vnſer Jnſigel zu mehrer Beveſtigung der Sach/ doch vns vnd vnſern Erben ohn Schaden/ auch offenlich hieran gehenckt/ am Montag nach dem Sontag Cantate/ nach Chriſti vnſers lieben HErrn Geburt/ tuſend / fünffhundert vnd in dem fünff vnd zwaintzigſten Jahre.

Dann iſt auß dem infra *ſub Litt.* (nnnn.) vnd *ſub Litt.* (qqqq.) producirtem/ vnd andern ohnzehlichen Briefen (im Fall der Noht/) alſo bar erſcheinlich/ daß deß Hoſpitals zu Lindaw adminiſtration, Burgermeiſtern vnd Raht allda / jederzeit vnterwürffig geweſen/ wie noch.

(11.)

Welches Letzte de prætenſâ differentiâ Advocati & Ammani der Stifft damit zu erweiſen vermeint/ dieweil ein ſolches nicht allein die Namen / præfecti & miniſtri ſelbs zu erkennen geben; ſondern auch dahero erſcheine / daß vor Jahren/ von Röm. Käiſern/ gantzen Landſchafften vñ vornemen Städten/ mehrern theils/ Fürſtliche/ Gräfliche/ oder ſonſt anſehenlichen Adelichē Stands- vnd Herkommens-Perſonen zu adminiſtratorn gegeben vnd vorgeſetzt worden / *per* Mager. *de Advocat. cap. 2. n. 73. verſ. 6. deniq́.*: Die Amman aber ſeyen viel ſchlechtere Potentaten/ vnd homines minorum gentium (wie der Stifft redet) geweſen/ *teſte* Vadian. *de Colleg. fol. 103.* (ubi ſcribat, Abbatibus indulgentiâ Impp. permiſſum eſſe, ut onere Advocatiarum liberati, vel Ammanos conſtituere, vel Curiæ Magiſtros, qui Abbatum dicto audientes eſſent, ſurrogare liceret.)

Dahero dann in vielen Latiniſchen Vrkunden/ ſo wol deß Stiffts- als der Stadt-Amman/ vor etlich hundert Jahren/ anderſt nicht/ als miniſtros monaſterii vel Civitatis; Aber in den Teutſchen Documentis, **Amman** benambſet hab; vnd dergeſtalt interpretirte Goldaſt. *tom. 1. part. 1. rer. Alem. in not. ad caſ. Burchardi*, miniſterialem einen Dienſtmann/ Amptmann/ priſcis, Celtis **Ambacht**/ ſeu ſervum. *Item* Matth. Klock *(in antecategor. ſalemit. ad* §. *9. & verb.* **Vogtey**) colligere ex antiquiſſimis pluribus inſtrumentis, quòd Advocatus **ein Vogt oder Landvogt**/ miniſter verò ſive miniſterialis ein Richter oder Landrichter ſeye; Vnd Sculteтus bedeute gleichfalls einen Richter/ der ſonderlich in Schuldſachen zu erkennen hab;

Judicem propriè vicorum ſeu pagorum, ab exigendis debitis obligationum ita dictum, *juxta* Wehn. *in obſ. pract. verb.* **Schultheiß.** Idq́; diſcrimen notari ex privilegio Heinrici Regis Monaſterio Salemitano anno 1224. conceſſo, ſeqq. verbis:

Heinricus Dei gratiâ Romanorum Rex, &c. Univerſis Comitibus, Judicibus, Sculteтis cæteriſq; fidelibus ſuis. Klock. *ibid. pag. 129.*

 Schicke

Schicke ſich demnach der Stadt Lindaw gegebne Comparation oder æquipollenz, zwiſchen einem Reichsvogt/ Amman vnd Schultheiß/ eben/ als wann man deß Stiffts zu Lindaw Amman/ das prædicat deß Reichsvogts geben / oder jhm denſelben vergleichen wolte: inter quem tamen utrumq; longa & lata atq; notoria ſit differentia, &c. Vnd an einem andern Ort der ohntitulirten Deduction-Schrifft (§. **mit gleicher Ohnerfindlichkeit**) meldet er weiter/ weil deß Reichs-oder Kaſtenvogt/ vnd der Am̃an bey der Stadt Lindaw/ von ſehr vngleichen Haaren: ſo können die Wort deß privilegii Rudolphiani (coram Advocato vel Judice ſuo ſubſtituto) nicht auff einen Stadt-Amman (weil der kein Reichsvogt oder Reichs-Amman genent werde) oder deſſen Stadthalter gezogen werden/ addens,

Quaſi verò nullum inter Imperium & Oppidum Lindoviam; illius Imperialem præfectum & Advocatum, hujus verò judicem Civicum, ſit diſcrimen; quod credat, qui vult decipi! daß Feigen vnd Pflaumen/ Holtzäpffel vnd Pomerantzen/ ein Ding heiſſe. Hactenus der Stifft.

(mm.)

DAnn der Kirchen-vnd Clöſter-Vögt Ampt beſtund vor Alters fürnemlich vnnd meiſtens darauff (*juxta* Leopold. de Babenberg. *de jurib. Imper. cap. 9. pag. m. 61.* Höpping. *diſſert. de jure protect. concl. 15. ſub lit. e.* Wehner. *in obſerv. pract. verb.* **Vogtey**/ *pag. 651. col. 1.* & Mager. *de Advocat. cap. 10. num. 347.*) daß ſie nicht nur die Stifft vnd Gottshäuſer ſelbs/ ſondern auch dero zugehörige Leut vnnd Güter/ vor ohnbillichem Gewalt bewahren/ ſie jnner-vnd auſſerhalb Rechtens vertretten/ vnd jhre jura handhaben ſollen/

Et ſic Advocatia Eccleſiaſtica duplicem requirebat defenſionem, unam armatã, & togatam alteram. Atq; illa quidẽ fiebat de facto, armis & manu militari; eratq; proprium Advocatorum Eccleſiaſticorum officium: Höpp. *d. diſſert. de jure protect. concluſ. 41.* Mager. *alleg. tr. de Advocat. cap. 11. n. 226.* Hæc verò expediebatur ſine armis, per viam juris; non tantùm ſcriptis, legationibus, interceſſionibus, interventionibus. Alciat. *conſ. 2. lib. 3.* Mager. *d. cap. 11. num. 225.* ſed etiam in judicio, tam activè, quàm paſſivè, uti vulgò loquuntur. Hinc correferens *apud* Gylman. *lib. 1. deciſ. 1. num. 190.* præſupponit, Advocatum Monaſterii habere poteſtatem defendendi cum armis, vel jure judiciario. Etenim (*juxta* Pythæum. *in libr. de Comitib. Campaniæ.*) pronum eſt, quòd Advocati olim in judicio omnes Monaſteriorum ſuorum cauſas ac lites in ſe ſuſceperint, nec non eorundem judices egerint, ubi jurisdictio aliqua ipſis monaſteriis competebat.

Et Pelagius *in reſcripto ad Antoniam Patriciam*, officio defenſoris tribuit cauſarum cognitiones, conventiones, actus publica litigia, & quæcunq; vel Eccleſiaſtica inſtituta vel ſupplicantium neceſſitas poſtulat, *uti apud* Beſold. *in theſaur. pract. ſub verb.* **Kaſtenvogt**/ *videre eſt.* Sed ne longiùs per emendicata ſuffragia eamus: ecce rem factam habemus ex ipſis Caroli Magni & ſucceſſorum Capitulis: Sic enim in Francicarum [*ab Anſegiſo Abbate Lobienſi Anno 827. collectarum; & à Baſilio Johanne Herold ex Fuldenſi Bibliothecâ, Anno 1557. Baſiliæ editarum*] legum *lib. 5. tit. 30. §. 2. fol. 337.* legitur:

Et hoc ſtatuimus, ubicunq; Epiſcopi ſubſtantiam habuerint, Advocatum habeant in ipſo Comitatu, qui absq; tarditate juſtitiã faciat & ſuſcipiat.

Et Ibid. *lib. 4. in Capitul. Eccleſiaſtic. Domini Caroli Imperatoris (fol. 325.)* legitur:

Volumus primò, ut neq; Abbates & Presbyteri, neq; Diaconi & Subdiaconi, neq; quilibet de clero, de perſonis ſuis, ad publica vel ſecularia Judicia trahantur vel diſtringantur; ſed à ſuis Epiſcopis adjudicati juſtitias faciant. Si autem de poſſeſſionibus ſuis, ſeu Eccleſiaſticis ſeu propriis, ſuper

eos

eos clamor ad judicem venerit, mittat Judex clamantem cum Miſſo ſuo ad Epiſcopum, ut faciat eum per Advocatum, juſtitiam recipere. Si verò talis contentio inter eos orta fuerit, quam per ſe pacificare non velint aut non poſſint; tum per Advocatum Epiſcopi qualem juſſerit ipſe in cauſa, ipſa, ante Comitem vel judicem veniat, & ibi ſecundum legem finiatur, ante poſitâ (ut dictum eſt) perſona Clerici.

Præterea Ludovicus Pius *in Capitulis (Salicis legibus addendis) cap. 11. de falſis teſtibus conveniendis, &c.* (*apud* Goldaſt. *tom. 3. conſtitut. Imperial. fol. 237.*) edicit,

Ubi verò ex utraq; parte Eccleſiaſticum fuerit, (*ſc. negotium*) Rectores earundem Eccleſiarum, ſi ſeſe familiariter pacificare velint, licentiam habeant. Si autem de hujusmodi pacificatione inter eos convenire non poſſint, Advocati eorum in mallo publico in præſentiam Comitis veniant, & ibi legitimus terminus eorum contentionibus imponatur.

Deniq; Lotharius I. Imp. (*apud* Mager. *cap. 1. num. 239.*) præcipit,

Volumus, & Epiſcopi & Abbates & Abbatiſſæ ſuos Advocatos habeant, & pleniter (*ſc. per eos*) juſtitiam faciant ante Comitem ſuum.

Quò etiam facere videtur, quod idem Lotharius ſingulis Epiſcopis, Abbatibus, Abbatiſſis, duos conceſſit habere advocatos, unum qui cauſam procuret, alium, qui Sacramentum deducat. (*LL. Longobard. lib. 2. tit. de Advoc. & Vicedom.* Mager. *cap. 2. num. 26.*)

Siquidem ipſis Epiſcopis, Abbatibus, Clericis, Monachis & Sanctimonialibus in quacunq; controverſiâ, ſive criminali, ſive civili, jusjurandum qualibet ratione ſubire, interdictum, & Advocatis eorum hoc officii injunctum fuiſſe, ex conſtitutione Henrici II. (*apud* Anſegiſum *LL. Francicarum lib. 5. tit. de jusjurando. fol. 347. edit. Heroldianæ*) clariſſimè pateſcit.

Videamus inſuper vivam harum legum praxin apud D. Hundium (*metr. Salisb. tom. 3. ſub rubr.* Schlechdorff/ *in addition. fol. 321. & ſeq.*) ubi duo Inſtrumenta ſententiarum (zween Vrtheilbrief) adducuntur; quarum vi, Epiſcopi Friſingenſis Advocatus, nomine Landulphus, illius Eccleſiæ, quasdam poſſeſſiones violenter detentas, coram miſſis Caroli Magni judicialiter vindicavit & obtinuit. Reperitur & tertium, idq; Oppidò elegans documentum, Everhardi Archiepiſcopi Salisburgenſis, (*apud eundem* Hundium *d. tom. 3. ſub rubr.* Richerſperg/ *fol. 239. & ſeq.*) anno præter propter, 1161. emiſſum, ubi inter cætera commemorat:

Quod nobiles quidam, bona & prædia ſua Eccleſiæ (*ſcil. Riecherſpergenſi*) contulerint, qui etiam eorundem prædiorum Advocatias à principali Advocatia ſegregaverint, & tales Advocatos deſtinarint, quos pro ſui vicinitate, utiles æſtimaverint ad reſpondendum in colloquiis judicialibus, in quibus non audiatur Subadvocatus: & res periclitari poſſit, ſi legitimus Advocatus defuerit.

Et in fine edicit,

Unde etiam volumus & ſtatuimus, ut, propter futuras cautelas, prædia, quæ Deo miſerante impoſterum loco acceſſerint, aſſignentur Advocatis talibus, à quibus in placitis judicialibus, proloquii defenſionem poſſint è vicino habere; ne Longinquos Advocatos advocandi vel impoſſibilitas vel difficultas, in detrimentum veniat; & abſente legitimo Prolocutore, prædia, quæ impugnantur, Eccleſia perdat: quod frequenter accidiſſe comperimus, &c.

Ex hiſce manifeſtum omnino evadit, quòd Advocatia Eccleſiaſtica tam in armatâ, quàm in togatâ defenſione olim conſtiterit: cui regulæ hodieq; (niſi quid aliter receptum vel conventum eſſe demonſtretur) potiùs inhærendum eſt, quàm cum Höppingio (*d. diſſert. th. 41. ſub Lit. a.*) & Magero (*cap. 12. num. 93. & ſeqq.*) ſtatuendum, alterum modum defenſionis, judicialis nimirum, hodie exſpiraſſe:

 ſpiraſſe:

ſpiraſſe: ſiquidem ipſi (*th. 50. ſub lit. a. & d. cap. 12. num. 112.*) fatentur, argumentum à priſcis clientelis, in materiâ defenſionis, adhuc validum eſſe. Atqui defenſio olim, tam juris quàm facti fuit, ut ſupra oſtenſum.

Nec movet, quòd privatus promittens defendere de jure & facto, tantùm ad judicialem; Princeps verò ita promittens, etiam ad extrajudicialem vel armatam teneatur: Siquidem exinde judicialis defenſio Principi cæteris paribus, non adimitur, Adde, quòd iidem (*d. th. 41. ſub lit. a. in pr. ad d. cap. 10. num. 135.*) ulteriùs admittunt, etiamnum ſcriptis, legationibus, interceſſionibus & interventionibus poſſe protectores clientibus ſuccurrere.

Quid ergo obſtat vel vetat, quò minùs verâ juris viâ, hoc eſt, lites clientum ad compromiſſum vel judicium deducendo & poſtmodùm aſſiſtendo, &c. ipſis opitulentur; cùm omnia priùs tentare, quàm ad arma pervenire debeamus, ipſe Mag. *d. cap. 12. num. 121.* Nec eſt, quod verba & promiſſa principum (die clienten nicht allein mit Rechtlicher Außübung/ Raht vnd Hülff/ ſondern auch thätlich zu ſchützen vnd zu handhaben) ad voluntatem eorum tantùm, non etiam ad neceſſitatem vel ad debitum juris reſtringamus (*cum* Magero *d. cap. 12. num. 136.*) Siquidem contractus principum ſunt bonæ fidei, & ipſorum verbis ludi vel falli graviſſimum eſſet. Et quid: ſi alii quàm Principes potentes, infirmi nimirum nobiles vel civitates Monaſteriorum Advocatos agant, num ſimili ratione, defenſio iſtorum armis tantùm non viâ juris peragenda erit? Deniq; nil refert, quòd alius ſit Advocatus in jure, alius Advocatus ſeu protector monaſterii: quia hic procuratorem, defenſorem vel aſſiſtentem agendo, non fit Advocatus juris; Sed Advocatum juris nihilominùs adhibere poteſt.

Es iſt aber heutigs Tags mit den Kirchenvogteyen nunmehr dahin reſtrictivè gelangt/ daß einem Kaſtenvogt regulariter nichts weiters/ als ein Schutz- vnd Schirms-Gerechtigkeit geſtanden wird:

nisi amplius quid, ex ſpeciali conventione, fundatione, inveſtiturâ, veteri item conſuetudine vel præſcriptione ipſis competere, demonſtrari queat, Beſold. *de jure fæd. cap. 5. num. 12.* & Mager. *d. tr. cap. 10. num. 441.*

Dann obwol/ neben der defenſions Oblag/ jhnen den Kirchenvögten/ antiquitus auch die diſpoſition der Haußhaltung in Stifften vnd Clöſtern auffgetragen/ *latè, poſt alios à ſe allegatos* Mager. *cap. 11. num. 3. & ſeqq. usq; ad num. 12.* Dahero ſie auch **Beſorger/ Pfleger/ Schafner/ Vitzthumb** ſonderlich aber **Kaſtenvögt** genent: So iſt doch mitler Zeit/ jhnen dieſe Bürdin/ durch die Geiſtliche Recht/ (*in c. ſi quis. 16. quæſt. 7. c. in quibusdam. extr. de pœn. c. laicorum. c. nullus omninò. 16. quæſt. 17.*) wider abgenommen/ vnd die völlige procuration den Prælaten ſelbs überlaſſen worden/ *c. 2. in pr. de donat. c. præcipimus. in pr. 12. quæſt. 1. cum mult. concord. relatis à* Mager. *c. 10. num. 364. & ſeqq.*

Der Städt oder Reichsvogteyen Ampt aber/ hat fürnemlich auff Beſtraffung der Malefitziſchen Händel vnd zum theil auch auff præſidirung oder aſſeſſur in Burgerlichen Gerichten/ beſtanden: Wie dann Urſtis. *Baſil. Chron lib. 2. cap. 11. fol. 9.* ſchreibt: Es haben die Teutſche Käiſer allein zu Erhaltung der Käiſerl. hohen Obrigkeit/ den Städten Reichsvögt verordnet. Vnd Mynſter. *Coſmogr. lib. 3. cap. 63. in pr.* meldet gleichsfalls/ daß ein Römiſcher König oder Käiſer/ in den freyen- vnd Reichs-Städten/ **Richter vnnd Vögt verordnet**/ die im Namen deß Reichs/ den Stab führeten: Welche Stabhaltung er auch bald hernach auff die hohe Gericht reſtringirt oder ziecht. Mit dem auch Stumpfius vieler Orten (als *lib. 7. cap. 2. fol. verſ. m. 466. & lib. 6. cap. 14. fol. verſ. m. 428. & lib. 4. cap. 32. fol. m. 281. & d. lib. 6. cap. 29. fol. verſ. 455.*) Item Petr. Pythæus *d. libr. de Comitib. Champan.* (ubi ex antiquis ſcriptoribus promit: quòd Advocatis civitatum inſpectio juſtitiæ, cujus quaſi adminiſtratores vel potiùs Præſides erant, incubuerit) Mager. *de Advoc. cap. 2. num. 220.* klärlich übereinſtimmen. Vnd bezeuget ſonderlich noviſſimè Anonymus auctor der Salmansweiliſchen nohtwendigen Erinnerung/ *qu. 3. pag. 62. & ſeq.* gantz heiter/ daß bey den freyen Reichs-Städten/ die Advocati den Blutbann faſt eintzig verwaltet haben/ welche man die **Land- oder Reichsvögt** genennet/ vnd noch zur Zeit an vielen

Orten

Orten zu nennen pflege: So er auch mit vieler Außführung zu beleuchten/in re apud litteratos nimiùm quàm clarâ, ohnnöhtig achtet; vnnd derowegen allein der Stadt Augſpurg (bey dero die Käiſerliche Landvögt/ vnnd jhre ſubordinirte Vnter-oder Stadtvögt noch in würcklichem thun/ vnnd auff das Malefitz beſcheiden ſeyen) Exempel allegirt, wie nemlich König Albertus, Graf Vlrichen von Helffenſtein Anno 1305. regimen Advocatiæ de Auguſtâ committirt,vnd jhn daſelbſt zu einem Landvogt conſtituirt,deſſen Verrichtung darinn beſtanden hab/ daß er den Bann über das Blut vnd ſchädliche Leut zu richten/ führen/ vnd ſolchen einem Vnter-oder Stadtvogt/an ſeiner Stell zu verwalten/ aufftragen ſoll vnd mög/ꝛc. mit dem weitern Anhang/ daß bey andern Städten im H. Reich/ ein Vogt gemeinlich für ein ſolchen Richter geachtet werde/ der nicht nur über Burgerliche/ ſondern auch peinliche Sachen zu ſprechen hab: Dergleichen Reichs-Richter/ Vögt oder Schultheiſſen zu Nürnberg/ Schwäbiſchen Hall/ Rotenburg auff der Tauber/ vnd mehr Orten zu befinden ſeyen/ꝛc. hæc ille. Deme noch beyzuſtellen/ daß Fridericus I. ſeinen Reichsvogt oder Schultheiß zu Eſſelingen alſo beſchreibt: Statuimus etiam, ob ſalutem animæ noſtræ, ut cuicunq; in Eſſelingen vicem noſtram & poteſtatem exequendi juſtitias & negotia noſtra proſequendi commiſerimus: ille querimonias prædictæ Eccleſiæ benivolè audiat, opportunitates attendat & tanquam noſtras proprias usquequaque expediat,&c. Exſtat integrum diploma *in part. 1. docum. monaſterialium ducat. Wirtemb. ſub rubr.* Denckendorff *pag. 457.*

Haben alſo die Reichsvogteyen kein defenſionem extrajudicialem & œconomicam (wie die Cloſtervogteyen) keine adminiſtrationem ærarii, pacis, belli, fœderum ineundorum, (quod poſtremum tamen pro neceſſariâ conſequentiâ immedietatis habetur, Jac. Killing. *de Ganerb. Caſtror. diſcurs. 15. num. 14.* & Mager. *1. de Advoc. cap. 10. num. 482. cum alleg. ibid.*) ſondern nur juſtitiæ exercitia (welche à cauſſis ſtatûs mercklich diſcrepiren/ *per notata* Heigii *part. 1. quæſt. 9. num. 53.* & Paurmeiſt. *de jurisdict. lib. 2. cap. 4. num. 55. pag. m. 401.*) fürnemlich nach ſich gezogen.

Ab welchem nun ad oculum erſcheinlich/daß die Kaſten-oder Kirchenvogteyen (ſonderlich die jenige/ welchen keine jurisdiction anhängig) von den Reichs-oder Stadtvogteyen genugſam different, oder vnterſchieden; vnd alſo die arguitiones von einer auff die ander/ regulariter nicht ſicher oder verfänglich ſeyen:

In dem ſummatim vnd recapitulations-weiß davon zu reden/ ſie invicem cauſâ efficiente, materiali, formali & finali diſcrepiren.

Sintemal die meiſte vnd gebräuchlichſte Cloſtervogteyen (ceu ex diſtributionibus earum, *infra part. 2. punct. princ. 8. poſt princ. notab. 5.* adducendis luculenter apparebit) eintweder von den Stifften ald Clöſtern ſelbs/ angeordnet vnd ertheilt/ oder von den Stifftern derſelben/ außgedinget/ vnd allein zuweilen von Käiſerl. Majeſt. rectà verliehen: Da entgegen die Reichsvogteyen alle zumal/allein von den Röm. Käiſern oder Königen verfügt vnd beſtellet worden. 1.

Jngleichem haben die Kaſtenvögt gar nicht deß Reichs/ ſondern allein der Stifft vnnd Clöſter Güter zu defendiren vnd zu verſehen; Econtra die Reichsvögt allein Imperii jura zu tuiren vnd zu üben gehabt: wie nicht weniger dieſe/ gantzen Städten ſampt deren Comitatu zugleich/ oder doch eintweder nur einer Stadt allein/ oder jhrem territorio allein/ & ſic ſemper univerſitatibus fürgeſetzt; jene aber offtermal nur particular-Cloſtergütern præponirt vnd zugefügt worden. 2.

Weiters iſt den Kaſtenvögten einen Subadvocatum oder Exactorem, ohne deß Cloſters willen/ anzuſtellen/ gemeinlich verbotten; (*per ſupra ſub hoc art. 4.* §. **Aber was bedarff diß** paradoxum,&c. *allegata*) den Reichsvögten aber erlaubt/ja meiſtentheils obgelegen geweſen/ einen Subſtituten/ Stabhalter/ Schultheiß/ neben ſich zu halten. 3.

So dann hat der Kaſtenvögt Verrichtung fürnemlich auff togatâ vnnd armatâ defenſione; der Reichsvögt Ampt aber auff Berechtig-vnnd Abſtraffung der Malefitziſchen vnd Burgerlichen Frevel/ & ſic auff der adminiſtratione juſtitiæ beruhet/ ut paulò ſuperiùs explanatum. 4.

Darwider nun nicht viel zu attendiren oder in acht zu nemen/ daß in obangeregter vnd

andern deß Cloſters Salmansweil Schrifften / die Advocatia deſſelbigen Stiffts / eine Reichsvogtey titulirt wird: ſintemal ſo wol in jhren eignen/ als gegentheiliſchen Heiligenbergiſchen Documentis (benantlich in antecathegoriis *pag. 148.* vnd in dem Heiligenbergiſchen Gegenbericht *ſub num.* IV.) bey Käiſerl. Verleih- oder Abkündungen ſolcher Advocatzi, dieſelb nur ſimpliciter **eine Vogtey** genent; dabey es billich gelaſſen/ vnnd von deß Cloſters titulatur vermuhtet wird/ daß ſie/ allein ad differentiam inferiorum vel mediatarum Advocatiarum, dergeſtalt willkurlich geſchöpfft worden ſeye.

(nn.)

ETenim ſi lex vel ſtatutum ſimpliciter requirit præſentiam alicujus: tunc ſatis eſt, illum præſentem fuiſſe; etiamſi non conſentiat, vel etiam diſſentiat, *l. ſi in tres. 20. de arbitr.* Et ſi nolit intereſſe, ſufficit unica interpellatio *c. ult. eod. tit. in 6.* uti (*poſt* Bald. *in c. ex parte Epiſcopi. col. 1. verſ. item ſi ſtatutum. extr. de reſcript.*) tradit Tiraqu. *de LL. Connub. gl. 6. verb. Conſentement. num. 36. Idem ibid. gl. 7. verb. expreſ. num. 32. ſcribit:* Si ſtatutum prohibeat aliquid fieri ſine præſentiâ, quòd tunc ſatis ſit, illum eſſe præſentem; quamvis nec conſentiat nec conſulat id fieri, nec etiam petatur conſilium, *per* Bald. *in d. c. ex parte Epiſcopi. col. 1.* Quod ſi quis dixerit, Quare igitur & ad quid requiritur præſentia alicujus, niſi vel conſentire vel conſuli debet? huic dicit Aretinus, quòd multùm poſſit operari, quia non ſit veriſimile, ſi videat contrahentem (vel litigantem (decipi dolo vel re ipsâ, quòd paſſurus & non moniturus ſit; item non tam facile metus incutietur, *per not. in l. non eſt. veroſimile. 23. D. quod met. cauſ. & in l. transactionem. 35. C. de transact.* Sunt tamen, qui putant, Conſilium ab eo neceſſariò petendum eſſe, cujus præſentia in aliquo actu requiritur, *ut voluit gl. in l. ſi quis mihi bonâ. 25. §. ſi coram. 10. ad verb. rectè. De adq. hered.* relata ad utrumq; exemplum poſitum in textu. ut etiam eſt de mente Bald. *in l. nam ita Divus. De adoptio.* & Panorm. *in c. non poteſt. ad fin. de re jud.* dicit, jura diſponentia, quòd Epiſcopus debeat definire cauſas in præſentiâ Clericorum, importare, quòd Epiſcopus debeat requirere eorum conſilium, &c. *Hactenus Tiraquellus.* Quod poſtremum ut faciamus ſic eſſe: non tamen ex eo rectè inferetur: hic tenetur petere conſilium alterius, Ergo & ſequi. *arg. l. Titium & Mævium. 47. in pr. De admin. tutor.* Zaſ. *ad l. ſi convenerit. 26. n. 16. in fin. De re jud.* Vanti. *de nullit. ſent. ex defect. jurisd. num. 152.* & Menoch. *lib. 6. præſumpt. 34. num. 23.* Quia consultor alicui datus, non dicitur particeps jurisdictionis competentis illi, cui datus eſt, *uti tradit* Curti. jun. *conſ. 2. num. 3. & Apoſtill.* Panorm. *in d. c. non poteſt. num. 3.* Hinc liberum unicuiq; eſt, explorare an ſibi conſilium expediat *l. 2. in fin. D. mand.* Adeoq; Pontifex etiam, qui cum Cardinalium conſilio ardua Eccleſiæ negotia protractare debet, non compellitur eorum conſilium ſequi. Menoch. *d. loc. num. 25.* Deniq; ſola, etiam ſuperioris, præſentia non inducit confirmationem actûs Bald. *in l. humanum. 8. num. 7. verſ. Et ex hoc dico. C. de LL.* Bertach. *in repert. verb. præſent. num. 43.* Quin in fortioribus terminis, etiam, adſeſſores non ſunt judices, nec jurisdictionem habent. *l. præſides. 2. C. de aſſeſſor. Nov. 60. ut defuncti ſeu fun. c. illud. 3.* Schrad. *tr. feud. part. 10. ſect. 1. num. 53. & ſeq.* Roſenth. *comm. feud. cap. 9. concl. 12. num. 6.* & Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 4. num. 20. & ſeqq. ubi plura.* Deniq; ſi ſimpliciter lex vel ſtatutum requirat præſentiam, ſatis eſt, illum præſentem fuiſſe; etiamſi non conſentiat, vel etiamſi diſſentiat. *l. ſicuti. 18. de arbitr.* & ſi nolit intereſſe, ſufficit una interpellatio. *c. ult. eod. tit. lib. 6.* Hæc quidem Bald. *c. ex parte Epiſcopi c. 1. verſ. item ſi ſtatutum. extr. de reſcript.* Tiraqu. *de LL. connubi. gl. 6. verb. conſentement. num. 36.*

****
*

(oo.) Pri-

(oo.)

PRivilegium autem uſu non receptũ, nihil operatur, *per alleg.* Meichſn. *deciſ. 25. num. 14. tom. 1. lib. 1.* Idem ſentiendum de privilegio quidem recepto, ſed iterum ante aliquot ſecula abdicato. *arg. l. qui res ſuas. 98. §. aream. 8. ibi in perpetuum, &c. De ſolut.* quia præſens jus præſcriptum, exſtinguit jus aliorum antiquum. Cornel. *conſ. 142. poſt. num. 7.* Cravet. *de antiq. temp. part. 1. §. viſo de famâ. num. 33. pag. 105.* Et præclarè dicit Baldus, præſentem poſſeſſionem præponderare poſſeſſioni præteritæ adverſarii *in l. cum res. 12. C. de probat. uti eum refert & ſequitur* Kirchov. *conſ. 2. num. 36. & ſeq. tom. 5.* Adde, quòd privilegium faciendi per non uſum amittitur. Gail. *2. obſerv. 60. & ejus locupletator* Græven. *lib. 2. concl. 60.* quâ de re *infra ſub Litt.* (lll.) plura.

Daß ſich aber eine Fraw Aebtiſſin der aſſeſſur in Gerichtlichen Sachen/ eintweder gar nie gebraucht/ oder ſich doch deſſen bald wider entſchlagen haben müß: Jſt auß den Vrtheilbriefen de annis 1268. 1319. 1345. (*ſub Litt.* xxxx. fffff. ggggg. productis) klärlich zu erſehen/ vnd noch weiter/ mit nachgeſetzten zweyen weitern Vrtheilbriefen de an. 1306. vnd 1315. (in welchen keiner Aebtiſſin Gegenwart gedacht wird) zu beſteiffen: welche alſo lauten:

WJr Heinrich der Huber Silveſter Sune von Aeſchach vnnd Gertrut ſin Schweſter/ künden mit rechter Vergichte allen den/ die dieſen Brief anſehend ald hörend leſen/ datz wir baidů vns gäntzlich verzügen hant/ vnd verzihent vntz allſamm/ an dieſem Brief für vntz vnd alle vnſere Erben/ aller Anſprache/ Vorderunge/ Eigenſchafft vnd altz Rechtz/ daß wir han möchtent oder hättend/ an dem Acker der Siechen vor Lindaw/ dem nechſten/ der da lit hinter dem Bomgarten/ der da waß detz Hubertz von Aeſchach. Vnd zu einem offen Vrkunde dieſer Dingen/ ſo geben wir den vorgenanten Siechen dieſen Brief/ beſigelten mit deß Ammans Jnſigel von Lindaw/ Vlrichs Guderſchers. Dieſer Ding ſind Gezüge/ Vlrich der vorgenant Amman/ Gerhart Ardillint/ Fricke ſiner Tochter Mann/ Haintze Aeppelie/ Heinrich Früge/ Cunrat Holle/ Cunrat Poller/ Burgere von Lindaw/ Cunrat vnd Gerhart Huber von Aeſchach/ vnd der Kappener von Schennaw/ dirze Brief wart gegeben/ da man von Gottes Geburt zahlt drytzehenhundert Jahre/ darnach in dem ſechſten Jahre/ an dem Palmstage.

